10 † dispositio. c. fin. de clandest. despon. licet pœnalis extenditur ex identitate rationis ex quo emanauit fauore animarum. facit glo. in c. sciant cuncti. de elect. in. vj. nisi dixerimus quod tutius fuerit nō intellectam nec receptam extrauagantem nisi in reali, & quod si aliter uerba sonent saltem quo ad tuitionē conscientiæ sufficiat hanc compositionem fuisse usu præscriptam, & quod adhuc ab ea nō disceditur in palatio, quia si nō

11 seruans ius præcepti nō peccat ubi † est uarietas opinionū. c. capellanus iūcta. glos. de feri. & But. ibi hoc tenēs licet fortè quis secutus fuerit opinionē non uerā & posteà reprobatā ut non ueram uel non subtiliter loquentē aut inuestigantē minus ille qui cōmuni iudicio innititur dicit gl. in uerbo de cætero de postula. præl. c. unico in vj. cum de temeritate argui non posit, sequēdo maiorū sensum. c. ne innitaris de cōsti. & ibi Inno. ius namq; positiuum non afficit probabiliter ignorantes & sufficit esse ambiguum quid iuris ad excusationē dicit Car. Lan. in cle. prima de re. eccle. non alie. subijciens ad propositū Lau. dicere quod etiā si ante dictā cle. hoc quod dicitur esse iuridicum esset dubiū & per inumbratam cōsuetudinē obfuscatum tale ius non afficit ignorātes si sit positiuū imo etiā si naturale & secundū Abb. in c. pastoralis. iij. col. de rescrip. tāta posset esse iuris dubitatio quod habet excusare etiā peritissimos: unde

unde magis excusatur qui sequitur & tenet quod in Ro. cu-
12 *ria † obseruatur ubi arguitur papæ scientia & intelligētia aut saltem tolerantia, quam obseruantiam omnes prouinciales se- qui debēt. §. fi. insti. de satisda. c. cum non liceat de ma. & obe. c. fi. de spon. duo. Hoc enim plus est quàm sequi cōmunem opi-*
13 *nionem † quæ in dependētibus ab interpretatione prudentum plene excusat & sequenda est, uel ab ea recedere licet nisi sit euidenter falsa. c. prudentiam de offi. dele. Abb. in c. j. & c. ec- clesia sanctæ Mariæ ult. col. de consti. & ad c. iuuenis super eius intellectu potest dici quod ibi sumus in dubio facti nō in iuris interpretatione: & tunc ius cautè amplectitur id factum quod est ad animæ salutē securius quia si non faceret, ita quis posset esse cum una in matrimonio quod putaretur existere & nō esset, uel sicut ea quæ esset uera uxor in alijs casibus ita q᷑ faceret contra conscientiam & ædificaret ad gehennam con-*
14 *tra. c. literas de resti. spolia. ex quo unusquisq; † factum pro- prium scit in quo non cadit ignorātia. l. fi. ff. pro suo. c. ab ex- communicato de rescrip. Sed bene cadit circa iuris intelligen- tiā per prædicta. Vnde si quotæ allegatæ simul cū d. c. iuuenis. respicerent factum nō obstarent cum simus in intelligētia ex- trauagātis. clarius autem potuisset cōditor explicuisse mentē cum etiā. §. per electiones. qui dicit quod nullū ius acquiratur non sit necessarius si prius omnem simoniacū priuauerat ipso facto nisi ad maiorem declarationem dictum accipiamus.*

De Rescriptis.

Primæ Decisionis SVMMARIVM.

Rescriptum aduocatorium iurisdictionis ab alio si sit surreptitium est ipso iure nullum.

EPITOME.

1 Rescriptum ad lites surreptitium non est ipso iure nullum, sed ope exceptionis, secus in aduocatorio iurisdictiõis qd' est nullũ ipso iure.

2 Doctores qui videntur sibi contrarij debent sicut leges ad concordiam reduci.

DECISIO PRIMA.

LICET regulariter rescriptum ad lites surreptitium nõ sit ipso iure nullum, sed debeat opponi exceptio. Inno. in c. cũ M. Ferrarieñ. de consti. in fi. But. & Abbas in c. cæterum de rescriptis. glo. & doct. in c. ad audientiam secundo eo. ti. Tamẽ quando est † aduocatorium uitiat ipso iure ea ratione, quia reuocatio literarũ papæ est odiosa: quoniam fit contumelia indici qui reuocatur secundum Inno. Host. & Io. And. in c. ex literis de offi. deleg. & hoc casu fallit regula dicit Fely. in d. c. ad audientiam decima fallentia. & tempore meo Rota hanc fallẽtiam est sequuta in pluribus causis cum non obstant quod idẽ Inno. in d. c. cæterũ, & But. ibi, & in c. ex parte, de fõ. compe. uideãtur sentire contrarium. prout idem Fely. refert in dicta fallentia. Et Mil. in uerbo rescriptũ ad lites si est obreptitium remittitur ad But. in d. locis. Quia si bene eorum dicta inspiciantur non contradicunt cõclusioni cum loquantur de secundo rescripto, quod non meminit de primo, uel quãdo est alia surreptitio, & materia quàm aduocationis á primo indice ut ualeat secundum, nisi excipiatur, & sic sumus in casu regulæ de qua Inno. & Bu. ibi & nihil de rescripto aduocatorio: de quo clarè in d. c. ex literis dicunt ut supr. i, & ita intelligo etiam Fely. dum se remittit ad dicta per eum in d. c. cæterum. ubi concludit quod secundum rescriptum non faciens mentionem de primo non est ipso iure nullum sed ope exceptionis, loquitur ergo de alio rescripto quàm

quàm aduocatorio ex quo de aduocatione uerbũ nullũ, unde doct. allegati per Fely. & Mil.in locis prædictis simpliciter loquuntur non in casu aduocationis aliàs essent sibi contrarij,
2 & magis † reducẽdi sunt ad concordiam.l. unica.C.de inoffi. dot.c.cum expediat,de elect. in vj. & hanc declarationẽ nota quia uidetur mihi uera,licet nullus eam detegat quẽ uiderim.

II. Decis. SVMMARIVM.

Aduocatorium non dicitur secundum rescriptum quod de primo nullam facit mentionem, nec est ipso iure nullum, aut inducens iurisdictionis defectum.

EPITOME.

1 Quando in secunda cõmissione nihil dicitur de prima sine verbo aduocamus inducitur causæ aduocatio.
2 Requisita ad reuocationem primi rescripti remissiuẽ.
3 Surrogatus auditor vel alius iudex in locum absentis per reassumptionem causæ factam per redeuntem excluditur tam ipse quàm quilibet alius surrogatus.

DECISIO II.

Commissa erat causa episcopo Ceruieñ.eo absente signata fuit cõmissio pro quatuor surrogatis, & inter alios erat episcopus Signinus corã quo fuerunt omnes termini tenti,& quia una pars allegauerat suspectũ Signinũ fuit habita alia cõmissio ad alios quatuor surrogatos ob eandẽ absentiã: & unus ex collitigãtibus adiuit Ioã.Andreã Casarellũ surrogatum, & obtinuit ab eo confirmari secundã sententiã latam super præstanda cautione legatorum nomine,iuxta l.j. & per totũ,ut lega.cau.ca.Dicebatur coram me 1519.in una Mediolaneñ. de nullitate tertie sententie defectu iurisdictionis ne locus esset executioni secundum cle.ut calumnijs.de re iudi.ex

eo quod commißio directa Casarello non faciebat mentionem de anteriori directa Signino nec de tela corā eo tanta, & cum uideretur habere uim aduocationis à Signino in aduocatorijs surreptio uitiat ipso iure. Inno. Host. Io. An. c. ex literis, de offi. deleg. & dixi in proxima decisione: sed contrarium fuit cōclusum ex eo quod hic non cadebat aduocatio expressa à Signino de qua nihil tale proponebatur nec tacita: quia in secūda cōmißione † nihil dicebatur de prima quo casu sine uerbo aduocamus inducitur aduocatio, ut Rot. *de rescrip. in anti. vij. ac. no. vj. ubi ponuntur requisita ad reuocationem primi rescripti, nec obstaret si secunda esset surreptitia ex quo surreptio regulariter non uitiat iure ipso sed exceptionis ope, ut in proxima decisione & doct. communiter in c. cæterum. de rescriptis. & glo. & doct. in c. ad audientiam. el secundo eo. tit. tribuit ergo iurisdictionem & ualuit sententia, inquit* Inno. *in c. cum* M. *Ferrarieñ. circa fi. de consti. nec refragatur † quod durāte absentia Ceruieñ. radicata fuisset iurisdictio in personam Signini & aduocata à Ceruieñ. quoniam non est uerum ex quo Signinus cognoscebat ut surrogatus & rediens Ceruieñ. ad curiam per reassumptionem excludit eum & omnem alium surrogatum prout etiam fit in rota & obseruatur.*

III. Decis. SVMMARIVM.

Si committitur causa appellationis iudici qui pronunciauit, seu alteri de consensu partiū sufficit consensus procuratorum dummodo per aliquem actum positiuum de eo constet uel expressum consensum.

EPITHOME.

Practica Rotæ & curiæ obseruat quod procurator non videtur con- *sentire*

sentire in iudicem etiã si patiaꝛ se citari ad aliquem vel omnes actus & non compareat: quia non sufficit sola patientia aut talis tacitus consensus, sed est necesse quod expresse consentiat vel actum positiuum faciat producendo iura aut seruando terminum, vel faciendo aliquid simile.

2 In onerosis & obligatorijs licet tacens habeatur pro contradicente, tamen si scienter aliquid agit videtur tacite se obligare & consentire quia interuenit actus positiuus vltra taciturnitatem. Appellatione partis comprehẽditur procurator: & quomodo hoc sit intelligendum & nume.3.

3 Non potest procurator cõsentire quod non appelletur nisi ad hoc habeat sufficiens mandatũ etiam si cõmissio hoc contineat de partiũ consensu, sed potest omittere ordinem iudiciarium & alias solennitates per partem remissibiles vel parui præiudicij etiam sine mandato non tamen quæ non sunt remissibiles per partem, & nu.4.

DECISIO III.

Saepe contingit quod causa appellationis cõmittitur alicui de consensu partium, & obseruat palatium meo tempore quod non requiratur, ut principales cõsentiant, sed sufficiat consensus procuratorum, & ita in pluribus causis tam in secunda quàm in tertia instantia dixerunt domini etiã quando eidem qui iudicauerat in prima esset commissa in secunda: quo casu magis dubitabã ex quo cõmittebatur ei à quo fuerat appellatum quasi grauasset & iniquè pronunciasset. l.1. ff. de appell. quod intellexerũt si procuratores expreßè consenserint uel actũ positiuũ fecerint ꝓducẽdo iura aut obseruãdo terminũ uel aliud simile: secus si aliter paßus fuisset citari ad aliquẽ

1 *uel omnes actus & non cõparuisset, cum sola patientia † non sit sufficiens aut cõsensus eo modo tacitus, & ita practicatur. pro quo facit. c. non iniuste iũcta glo. de procu. ubi nõ dicitur consentire procurator nisi quãdo expreßè consentit. & Car. ibi. v. q. & pro actu positiuo facit. c. fi. eo. ti. & quod Abb. inquit in d. c. non iniuste. quia licet in onerosis tacens habeatur*

2 *pro contradicente tamẽ si scienter † aliquid agit uidetur se tacitè obligare, & hoc quia ultra simplicem taciturnitatem in-*

teruenit actus positiuus.allegat cle.primam de procura.& c. ex ore,de his quæ fi.à ma.par.capi.ad limitationem.l.filiusfamiliâs.§.inuitus.ff.de procur. si quod in obligatorijs & onerosis tacens habeatur pro contradicente, ita & Bar. in l.quo enim rem ra.hab.& l.filiusfamiliâs pe. ff.ad mace.ubi per receptionem literarũ in quibus cõtinetur quod sum debitor alicuius,si statim non reclamaui uisus sum consensisse, facit quia appellatione partis comprehenditur procurator ait Mil. in uerbo pars allegando. c. suborta. de re iudi. Sed dubium facit quod Fely.in d.c.in prin.refert Rotam suo tempore cõcorditer tenuisse, quod si papa cõmisit causam cum clausula quod summariè procederetur & non appellaretur dummodo accederet partium consensus non posse procuratorẽ consentire quod non appellaretur quoniã hoc non est in mãdato,sed quo ad omittendum ordinẽ iudiciarium in solẽnitatibus per partẽ remißibilibus bene potest procurator,quod pars & dicetur à parte gestum,secus in non remißibilibus per partem de quibus in c.de causis.de offi.dele.in quo dicit inspiciẽda esse prægnantia uerba mandati.Et quod fuit etiã cõclusum quod aut ea quæ geßit procurator possunt fieri uirtute sui mãdati,& tũc semper dicentur gesta à parte.aliâs nõ, & sic inspicitur subiecta materia.patet inquit in c.cordi,de appel.in vj.in uerbo de partiũ cõsensu.ad idẽ.c.quãuis.de elec.eo.lib.dictũ autẽ Mil.quod appellatione partis intelligitur procurator intelligit Fely.in sibi cõmißis.itẽ ex interpretatiuo intellectu nõ proprio secun
5 dum Cal.consi.xij.de uer.sign.alleg.l.si quis aliũ,in prin.† ff. ne quis eum qui in ius uoc.est ui exi. Ad not.in d.c.non iniuste facilè respõdetur quod procedunt si essemus in principali qui per actum positiuũ sibi præiudicat.Sed procurator nõ potest nisi ea quæ sunt sibi demãdata:cum stricti iuris sit mãdatũ:uis
ergo

ergo est aut sine mādato istud posset per procuratorem fieri quasi sit de solēnitatibus remißibilibus, & parui præiudicij, et quòd propter paruū præiudiciū inspiciatur etiā quod ut plurimū in cursu causæ tractātur per procuratores, & sic obseruantia fundetur, aliàs cōmißiones tales de partiū consensu rarißimè possent exequi, & in una quam dominus Hugo de spina proposuit de mense Nouēb. 1521. super hoc arti. domini uoluerūt sufficere consensum procuratoris per actū positiuū alleg. Moder. in d. c. suborta. & quia istud est parui præiudicij.

IIII. Decis. SVMMARIVM.

Vtrum auditor in Ro. curia poßit inhibere extra curiam quando cōmißio dicit solum cum potestate inhibendi.

EPITOME.

1 Quod statuitur in citatione locum habet in inhibitione.
2 Argumētum de tempore ad locum est validum in iure, & similiter de re ad tempus.
3 Quando cōmittitur causa cum potestate citandi in Ro. curia non adiecto & extra eam, tunc arguitur quod non potest citare extra eandem curiam nisi in causa appellationis iuxta decisionem cccxcj. in antiq. alias quarta in tit. de foro compet.

DECISIO IIII.

TEmpore Feriarum generaliū dubitaui in una causa coram me, & consului. d. Mercurium de Vipera decanum nostrum an si commißio non dabat de inhibitione extra curiā sed simpliciter habebat hæc uerba cū potestate inhibēdi, possem decernere citationem & inhibere extra curiā? & respondit quod primo anno quo fuit in Rota. d. Breuius episcopus Cenenteū. locum tenēs auditoris tenuit quod non posset inhiberi: & alij erāt cum eo. pro quo facit quia quasi semper apponitur cum potestate inhibendi † *in Ro. curia & extra eam*

ad hoc allegauit decisionem primã de procu.in no.quæ loquitur de citatione ut idem sit in inhibitione,tamẽ dixit se reperisse post Fely.in notis cãcellariæ, qui dicebat quod Alexandrinus tenebat contrarium per.c.cuncta per mundũ.c.per principalem.ix. q.iij. & quod Alexan. dictum fuit stupendum in Rota,licet ipse adhæreret primæ opinioni propter dictam decisionem primã postposito stylo qui ex tempore uariatur, ut inquit Lap.allegat.lj. mihi placet opinio Alexan. ex eo quod clausula cum potestate citandi non restringetur magis extra curiam quàm intra, & est indefinita: potestas enim committentis est uniformis sine restrictione locorũ quo ad hoc, unde ubiq; locum habeat.l.si pluribus de lega.ij. l. iul. ff.de lega.iij.
2 l.j.§.generaliter.ff.de leg.præstan.† nec est ratio restringẽs: decisio prima non ob. quoniam in ea sunt hæc uerba. Audiat & iustitiam faciat sine clausula cum potestate citandi magis facit pro opinione Alexan. dum dicit quod uerbum deuolutas trahitur ad futuras allegando Inno.in c.dilecti de excep. quia præsens confusum præsentis non tenet usum.facit in simili ar-
3 gumento de tempore † ad locum quod est ualidum secundum Bart.in l.uel singulis cum.l.se.ff.de uulga.& pup. & Abb.in c.j.de iure patro.sicut etiã de re ad tempus. l.miles ita in prin. ff.de mil.test.Quando autem commißio diceret cum potestate citandi in Ro.curia & non subiungeret & extra eam,tunc magis crederem,quod non poßet extra.l.maritum.C.de procu. sicut contrà prohibitio in uno est permißio in alio.l. cum prætor. ff. de iudi. c. nonne de præsum. uide quando auditor datur in causa appellationis siue committatur ei principaliter siue in consequentiam quod statim potest inhibere etiam in partibus secundum Rotam decisione quarta de fo. compet. in anti.& pondera uerba decisionis.

V. Decis.

V. Decis. SUMMARIUM.

Inter auditores Rotæ ille iurisdictionem habet cui prius est præsentata commissio, quamuis ab alio in citatione præueniatur inter alios iudices inspicitur citatio non præsentatio. idem si sit contentio de iurisdictione inter auditores Rotæ & alium iudicem extra Rotam quod inspiciatur citatio non præsentatio.

EPITHOME.

1 Consensus coauditorum qui iuxta constitutionem Innocentianam debet accedere, vt iurisdictio remaneat penes auditorem cui prius fuit præsentata commissio hodie de stylo accedit tacitus, nec requiritur alius expressus.

2 Ad perpetuandam iurisdictionem non sufficit sola præsentatio literarum sine citatione quoniã præueniri possit cum res sit integra ante citationem: quod fallit inter Rotæ auditores, & est in eis speciale.

3 Auditor Rotæ in procedendo est ordinarius & in multis habet ampliorem iurisdictionem quàm delegatus.

Magis dignum attrahit ad se minus dignum quando veniunt æquè principaliter.

4 Dispositio loquens de simplici si exorbitat non extenditur ad casum mixtum, sed tantùm suis terminis debet esse contenta.

DECISIO V.

Decisio prima de constitutionibus in anti. dicit quod si aliqua causa esset commissa duobus auditoribus. d. uice cancellarium mandasse. 1 3 7 5. quod ille cognosceret cui primo cõmißio esset præsentata, & alter nullo modo, idem uoluit postea constitutio Innocentiana loquẽs de potestate auditorũ Rotæ quod si diuersis causarũ palatij apostolici auditoribus cõmißiones præsentatas hactenus uel pro tẽpore reperiri contingat in eadẽ causa eiusdẽ tenoris uel effectus, licet ad diuersarũ personarũ instantiã auditor cui prius cõmißio præsentata fuit iurisdictionẽ in procedẽdo & iudicando retineat absque

alia

alia desuper cõmißione aliorum coauditorum ad id accedente consensu, & istud obseruatum est tempore meo & antea, & obseruatur non requisito alias cõsensu aliorum coauditorum expresse etiã si tacitè dici posset quod accedat: & hoc est necesse pro signatura quæ habet quod audiat qui præuenit: ut in
1 *ter* † *Rotæ auditores is dicatur præuenisse cui prius præsentata fuerit cõmißio. Extra uerò Rotã ille qui in citatione præuenerit non attenta præsentatione rescripti, & idem si cõcurrat auditor Rotæ cum iudice alio extra Rotam, prout corã d. Hugone de Spina in una Romana melioramentorũ 1520. de mẽse Ianu. cõclusum fuit, quã postea do. Bartholomæus de Petra sancta iudicauit seu ad executionẽ processit & in qua eidẽ d. Hugoni in Rota primo fuerat præsentata cõmißio, & secũdo d. Cõstantino de Narnia extra Rotã in causa appellationis qui in citando præuenerat do. Hugonẽ: quia ut dicebã & fuit tentũ Cõstantinus ualidè pronunciauit nõ autẽ nulliter ex quo*
2 *ad perpetuãdã* † *iurisdictionẽ non sufficit præsentatio, sed bene citatio. c. gratũ. de offi. dele. c. fi. de offi. lega. Vnde sola literarum præsentatio seu aßignatio facta Iudici non sufficit neq; impedit quoniã præueniri poßit cum res sit integra ante citationẽ, ut dicit glo. in uerbo aßignante. c. ut debitus, de app. quã Inno. & Phil. Fran. ibi sequuntur: licet aliqui præsentationem ponderent. ad decisionẽ primã & Innocentianã dicendũ quòd non loquuntur nisi in Rota & inter auditores Rotæ, & magis faciunt pro cõclusione per locũ à speciali. l. ius singulare. ff. de legi. uel quia omittũt inter alios recurrimus ad ius cõmune. l. si extraneus. de cõdi. cauſ. da. cau. non secu. l. si cum dotẽ. sol. ma. l. cõmodißime. ff. de lib. & posth. nec ob. quod uideatur auditor Rotæ cui causa cõmittitur honorabilior commißario*
3 *extra Rotã ex eo quia in procedẽdò* † *est ordinarius iuxta no. in cle.*

in cle.auditor,de rescrip.& ut ibi patet,& in dicta Innocentiana ac alijs constitutionibus habet ampliorē iurisdictionē in multis quàm habeāt delegati extra Rotā,quasi debeamus hoc metiri á maiori potētia ar.l.quæritur. ff.de sta.homi.& quod magis dignū trahat ad se & uincat minus dignū. c.quod in dubijs.de conse.ecc.uel alt.quod secundum Abb.in c. extirpādæ. §.qui uero.ij.col.de præben.procedit quando magis dignū & minus dignum ueniūt æquè principaliter,prout in proposito uenit utrunq; rescriptū, & uterq; iudex:quia dico quod cum decisio & Innocētiana inter auditores duntaxat disponāt,militāt fundamēta adducta. Item sumus in casu mixto omisso & non cōprehēso in eis simpliciter de auditoribus loquentibus
4 *& cum exorbitent † non extendūtur ad casum mixtū.l. præscriptione.§.uim passam.de adult.l.ij.in prin. ff.de uerb. obli. & ibi Moder.& debēt in suo tantū casu intelligi,& suis terminis absq; ampliatione cōtentari.l.in agris. ff.de acqui. rerū do.c.j.de sepul.& regula odia.de reg.iur.in vj.ex quibus constat quod materia.d.l.quæritur,& d. c.quod in dubijs non refragatur nec habeat aliquid commune cum ista.*

VI. *Decis.* SVMMARIVM.

In commiſsione cauſæ ſuper moleſtatione talis rei uenit etiam cauſa petitorij,uel ſi uerba ſuper moleſtationibus iactationibus impedimentis & ſimilia inducunt tam petitorium, quàm poſſeſſorium.

EPITOME.

1 Vbi in commiſsione petitur committi cauſam ſuper moleſtationibus beneficij aut talis rei cauſa cenſetur commiſſa tam ſuper proprietate,quàm ſuper poſſeſsione,ſecus vbi dicitur ſuper moleſtationibus

poſſeſ

possessionis talis rei vel facta narratiua deiectionis petit committi causam super huiusmodi molestationibus, quia tunc sola causa super possessione censetur commissa.

2 Lis super possessione rei non faciat ipsam rem litigiosam, sed possessionem duntaxat.

3 Si committitur iudici vt cōpellat aduersarium ne impediat impetrantem pacificè possidere, causa possessionis tantùm est commissa.

4 Verba ambigua commissionis vel libelli deseruiunt vtilitati & intentioni impetrantis vel libellantis, & recipiunt interpretationem secundum subiectam materiam semper fauore impetrantis vel libellantis etiam si expediat illa impropriando.

5 Causa simpliciter commissa vtputa super tali re censetur cōmissa sub vtroq;, videlicet proprietate & possessione.

6 Verba molestatio iniuriarum seu iniuria respiciunt tam proprietatem quàm possessionem.

7 Si contineat rescriptum causam committi super occupatione, spoliatione & detentatione alicuius rei quam impetrans dicit ad se pertinere, vel ponatur clausula cum incidentibus dependeñ. emergeñ. &c. comprehenditur petitorium.

DECISIO VI.

PAlatium sicut tenuit olim, ita nunc tenet q; commißio super iactationibus, molestationibus uel similibus uerbis quæ in causarũ cõmißionibus solent apponi cõcepta tribuant
1 *† iurisdictionẽ nedũ in possessorio, uerum etiã in petitorio nõ obstante consilio Cal. sexto de rescrip. Sed pro concordia distingue, aut dicitur super molestationibus talis rei uel beneficij, uel super molestationibus de & sup tali re, et procedit cõclusio Rotæ ut sit proprietas etiã in lite et res ipsa ex quo super eius dñio uel quasi lis introducitur auc. litigiosa. C. de liti. & ibi Bal. Cy. & Bar. in l. ij. eo. ti. Et petitoriũ habet in uẽtre possessoriũ, aut super molestationibus possesßionis talis rei, uel facta narratiua turbationis seu deiectionis à posseßione petitur causa cõmitti super dictis molestationibus. Et in his & similibus posset fortè procedere opinio Cal. qualiter lis in pos-*
2 *seßorio † uel super possesßione non faciat proprietatẽ rei litigiosam sed possesßionẽ duntaxat. d. auc. litigiosa. & glo. in c. j.*

de con

de confir.uti. uel inuti. & ibi But. & Abb.sunt enim res & causæ diuersæ.l.naturaliter.§.nihil cõmune. ff. de acqui. poss. & in rub.de causa poss. & proprieta. & per to.ti.de utroq; mẽbro & materia in locis allegatis. & latius per Abb. in c. ecclesia sanctæ Mariæ,ut li.pẽ.& Milis in uerbo litigiosa res sit,et.qd in beneficialibus tradit Inno.in c.cũ M.Ferrarieñ.de cõsti.in c.ex parte de arbi.Io.an.in c.ij.ut lit.pen.in vj.ubi etiã Phil.Franc.Bal.in d.auct.Ro.iij.ut lit.pend.in audi. in no. & Mil.ubi supra. & de his latius decisione incip. Rota in antiq. iij.& in alia maior pars dominorũ q, ita senserit Cal.& colli
3 gitur ex themate in quo iudici cõmittebatur † ut compelleret aduersariũ ne impediret impetrãtẽ pacificè:poßidere quod ui detur sonare super possesßione tantũ.Item quãdo uerba essent
4 ambigua deseruirẽt utilitati † et intẽtioni impetrãtis.l.si quis intentione.ff.de iudi.Abb.in c. cum uenissent.ij.col.de restitu. in integ.glo.etiã.ij.in c.cum ad sedẽ.de resti.spol.ponẽs qualiter in principio litis medio & fine sunt accipiẽda, sed secũdũ Cal.prolata erãt ad causam possessoriã ad quã debẽt inspecto fine referri.c.ij.de ord.cogni.c.gaudemus.de diuor.Recipiunt nanq; interpretationẽ iuxta subiectã materiã semper fauore libellantis etiã si expediat impropriãdo ea. Abb.c. cõsuluit.ij. de appel.facit pro cõclusione Rotæ.c.j.de sequestr.posses.&
5 fruc.Vbi causa † simpliciter cõmissa sub utraq; cẽsetur cõmissa.& glo.exẽplificat quãdo cõmittitur super tali re. Idẽ ergo quãdo super molestationibus talis rei cum nõ inspiciantur magis ista uerba quàm alia, sed res super quibus fit cõmisßio, & uerbũ molestare respiciat utrunq; ex quo cõuentus super dominio molestari dicitur super eo. Facit etiã quod tradit Inno. in c.cum olim.de offi.dele. q, uigore rescripti in quo habetur
6 quod aliquis iniuriatur † mihi super fundo possum agere rei uendi

uendicatione ad fundū & cōditione ſine cauſa ad fructus perceptos.Idē ſi ſuper nemoribus dicatur iniuriari ut agi poſſet de dānis datis poſſeſſori in petitorio.Et ibi infert Imo.*ſecūdū* Inno.*ꝙ ſub uerbis generalibus reſcripti cōprehendi poteſt petitoriū ſicut poſſeſſoriū.paria autem ſunt dicere,talis iniuriatur mihi ſuper tali re,aut me moleſtat ſup ea uel iactat, &c. ad terminos etiā l.diffamari.C.de inge.& ma.in quibus ſentētia uel terminus cōtra diffamantē exceptionē pararet in peti-*

7 *torio.Item uenit petitoriū ſi reſcriptū cōtineat † ſuper occupatione, ſpoliatione & detētione alicuius rei quā impetrās dicit ad ſe pertinere.*Rot.*in no.ix.de cau.poſ.& prop.&* Abb. *in c.j.col.iiij.de ſeq.poſſ.& fruc.Sed cōmiſſa cauſa petitoria uel poſſeſſoria uenit utrūq; ſecundū.d.deciſ.ix.licet cōmuniter cōtra.ut refert & ſequitur* Abb.*in d.c.j.col.iij.de quo dico in allegata deciſ.incip.* Rota *in antiquis.iij. & propter nota.in d.deciſ.ix.dixi quod fortè poſſet procedere opinio* Cald.*uel ſi termini ſunt pares ſecūdū cōmunē,de qua per* Abb.*in d.c.j.*

VII. *Deciſ.* SVMMARIVM.

Attenditur magis in commiſsionibus ſignatura papæ aut cardinalis quàm extenſio regentis. Vel ſic,regens cancellariam licet poſſet extendere & declarare, non tamē reſtringere aut alterare ſignaturam papæ aut cardinalis.

EPITOME.

1 Cardinali præpoſito ſignaturæ eſt data poteſtas ſignandi etiam concedendi petita,regenti verò tantùm extendendi ſed non reſtringendi conceſſa.

2 In omnibus commiſsionibus in quibus petitur quod poſsit procedi ſummariè ſolet regens extendere quod procedatur ſummariè, niſi ſit cauſa iniuriarum.

3 Solent domini auditores palatij in dictis cauſis in quibus per iniuriam

non fuit

non fuit in extensione per regentem apposita clausula quòd possit procedi summariè,&c.cum etiam petitum in corpore cõmissionis ante sententiam,vel etiam post primam & secundã sententias mittere notarium causæ ad regentem vt apponat in originali commissione huiusmodi clausulam,& si id regens facere recusaret, nihilominus semper processus per Rotam reputatur validus.

4 Stylus Ro.curiæ variatur frequenter quem modò album,modò nigrum appellat Lapus alleg. lj.

DECISIO VII.

Contingit in una causa coram d.Paulo de Capisuchis in alia coram d. M.de Spinosa 1519. & 1520. quòd cum causæ non essent summariæ termini erant tenti prout in beneficialibus:& commißio habebat in corpore quod procederetur summariè, &c. Cardinalis autem signatura habebat placet domino nostro papæ.Regens uerò in extendendo solũ dixerat,audiat procedat & iustitiam faciat:fuit dubitatum an signatura cardinalis sufficeret pro summario processu quasi petita concesisset simpliciter respondẽdo. §.præterea.insti.de inuti.stipula.l.si defensor.§.j.de interrog.act.l. titia.§.idẽ respondit.ff.de uerb.obli.Quidã domini uolebant non satis esse. quia tempore Alexandrini & aliorũ ante hæc tempora,ut dicebat Cardinalis præsidens signaturæ quãdo uolebat causam esse summariã respondebat.Placet D.N.Papæ. & quòd summariè, &c. unde denegaße uidebatur sine uerbo summarie.l. maritus.C.de procu.iuncto stylo qui pro iure habetur.c.ex literis de consti.c.quàm graui de cri.fal.ac cõsuetudinem principis.l.uel uniuersorũ.ff.de pign.act. Item quia regens extendendo omiserat etiam quod summariè interpretando mentem papæ ut eius organũ & aßistens ad id præpositus. Sed maior

1 *pars contra scilicet quòd inspiciatur † signatura Cardinalis cui est data potestas non regẽtis ad extendendũ præpositi qui non potest negare quod concessum extat. Neq; in his attẽdi-*

mus regẽtis mentẽ si omittat de summaria causa concessa per uerbum placet, ut supra.d. §. praeterea cum si. & Rota de rescriptis in no.ix.qd' in cõmissiõe signata ueniũt omnia petita, qa esset in facultate sua tollere aut restringere cõcessa à principe quod non potest inferior: cle.ne Romani de elec. & quasi in omnibus cõmissionibus in quibus postulatur procedi sum-
2 *mariè nisi † sit causa iniuriarũ solet extẽdere quòd summariè. Vnde si in aliquibus omittit obliuioni & inaduertentiæ attri-*
3 *buitur.* Et ideo Rota *in talibus ante sententiã mittit † notariũ causæ ad eum ut opponat in originali cõmissione uerbũ summariè post sententiã & post duas etiã sententias idem facit ad cautelam & semper ex more introducto regens ipse apponit quòd si non faceret omnino* Rota *processum ex prædictis saluaret.* Ad *stilum antiquum respondetur quòd tunc erat in consideratione si cardinalis apponebat summariè uel*
4 *non.nunc est mutatus, ut dicit* Lap.*alleg.lj.quòd modo † est albus modo niger, quoniam Cardinalis hoc tempore nunquàm apponit quòd summariè nisi aliquando ex certa scientia quãdo non petitur, & ideo regens nisi esset negatum debet extendere si est in corpore rescripti, & ita usq; ad millesimũ quingentesimum uigesimum primum inclusiue practicaui in quibusdam commissionibus coram me etiam in secunda instañ. & regens apposuit uerbum summariè, &c.* Et ex his patet *non obstare decisionem* Egi. *cclxxvj. uel ut est dictum debent practicari, alia eiusdem* Egi.*cccxxxviij.*

VIII. *Decis.* SVMMARIVM.

Quando prima cõmisio habet quòd summariè procedatur causa est summaria nedũ in prima, uerũ etiã in secunda & tertia instãtia. Vel sic,

Commis

Commissio quæ habet summariũ processum seruit in omnibus instantijs causæ & toto processu qui fit post cõmissionem in quo, in palatio quatuor tantum termini sunt substantiales ante sententiam & no. pro obseruantia hodierna, & de uirtute Innocẽtianæ circa sanatiuam reiterationem terminorum ac eius interpretatione.

EPITOME.

1 Sicut res semel effecta alienabilis durat alienabilis, ita processus semel effectus summarius durat summarius ad sequentes instantias quando sumus in eadem re cum dependentibus & annexis, & ex quo non vrgeat ratio quare debeat restringi ad illam instantiam.

2 Quando clausula respiciat & præcedentia & sequẽtia & qualitas adiecta in aliqua dispositione respiciat omnia remissiuè.

3 Iudicatum propriè non dicitur quando potest appellari à sententia, sed tunc quando non potest aut transiuit in rem iudicatam.

4 Non est eadem causa appellationis & causa principalis quantum ad iudicium iudicem & instantiam, sed bene est eadem quo ad intentatam actionem quia ventilatur eadem actio.

5 Vbi in commissione conceditur processus summarius extenditur ad surrogatum in eius locum, & in alia instantia, siue hoc cõcedatur in prima commissione siue in secunda vel vlteriore, & in quacunque instantia seu parte iudicij, ita quòd omnis processus post ipsam erit summarius, sed non ante commissionem.

6 In causis summarijs hodie de stylo palatij seruantur quatuor termini, qui sunt substantiales ante sententiam videlicet ad articulãdum ad dicendum cõtra articulos & producẽdũ omnia, & ad dicẽdũ cõtra producta, vnus quorum si omittatur sententia est nulla, & idem si pars nõ citetur ad audiendũ sententiã etiã si fuerit lata à principe.

7 Si omittatur obseruatio trium terminorum videlicet ad dicendũ contra commissionem ad libellandum & ad iurandum de calumnia in causis summarijs non propterea sententia esset nulla, bona tamen cautela est vt obseruentur.

8 In causis prophanis requiritur tela & ordo iuris qui habetur in l. prolatam. C. de senten.

9 Quando committũtur causæ simpliciter & de plano sine strepitu & figura iudicij, vt sunt causæ beneficiales & aliæ summariæ qualiter sit procedendum.

10 Constitutio Inno. octaui in Rota sanat malũ aut nullam obseruationẽ terminorum substantialium reiterando vnico cõtextu & vnica audientia eosdem etiam in duabus audientijs tantum tentos, vel aliàs

conculcatos aut peruerso ordine, aut male vel nulliter seruatos etiam si ipsa obseruatio testium nonorum fuerit facta per procuratores assertos dummodo in reiteratione sint veri.

DECISIO VIII.

Fuit etiam obseruatum & obseruatur quòd si prima cōmißio causæ habeat q summariè procedatur sufficit tela prout in beneficialibus, & totus processus est summarius non solùm in prima sed etiā in secunda & tertia instañ. & usq; ad finē causæ, eo q in secunda & tertia seu ulteriori instañ. non petatur uec detur summarius processus dūmodo non negetur

1 *datus sicut res semel † effecta alienabilis durat alienabilis. l. pater. §. qndecim de le. iij. ff. facit etiā quia clausula in principio posita refertur ad omnia quæ sequūtur. l. iij. §. filius de libe. & posth. l. talis scriptura in fi. ff. de leg. j. & c. ij. requiris de app.*

2 *de materia tamē qñ clausula † respiciat & præcedētia & sequentia, & utrū qualitas adiecta in aliqua dispositione respiciat omnia per* Abb. *in d. c. &* Bar. *in d. l. talis scriptura. & in l. præter. la. ij. §. eritq; differentia. ff. ui bo. rap.* Ex quorū dictis *colligitur debere in proposito referri ad sequentes instantias quando sumus super eadem re cum dependentibus & annexis & ex quo non uiget ratio quare debeat restringi ad illam instañ. in qua conceditur talis processus* Non ob. *q per sententiam diffinitiuam causa finem accipit. l. j. ff. de re iudi. l. terminato.* C. *de fruc. & lit. expen.* Ita *quòd in secunda requiratur*

3 *noua cōceßio summarij processus, quia non dicitur † propriè iudicatum quādo à sententia appellari potest. Sed tunc demū quādo non potest uel transiuit in rem iudicatam. glo. est notabilis in uerbo innouata fuissent in c. nō solum de appella. in* vj. *quam pro statuto ponderant ibi* Domi. & Philip. Franc. & *glo. etiam in d. l. j. quæ uideatur ad hoc quod* Ho. & Abb. *uoluerunt in c. cum dilectus de arbi. q sententia arbitri non dicatur*

tur propriè sententia nisi tria cõcurrant, quorũ unũ est ꝗ ex ea agi poßit. Clarum autẽ est infra decendiũ agi non posse, sed attentari quãdo non est approbata sententia. d. c. non solũ, & l. cum antea. C. de arbi. Et si fuerit prouocatum suspendi iudicatũ. l. j. in fi. ff. ad Turpil. c. uenietes de iureiurã. Nec refraga-
4 tur ꝗ alia sit causa appellationis, † alia principalis seu prima causa. l. eos, cum si. C. de app. quia non est uerum omni respectu. Item non agitur super re diuersa sed eadem, de qua in prima ꝗ hic debet attẽdi. Ita dicit Bal. in l. qui proprio. §. item quæritur. iij. col. ff. de procu. ꝗ non est eadẽ quantũ ad iudiciũ iudicem & instañ. Sed bene est eadem quo ad intentatã actionem, quia eadem actio uentilatur. Item notandũ est finis causæ & princeps super huiusmodi causa talẽ rem continentẽ summariam dedit cognitionẽ, & aliãs quæstio est sabbatina an sit eadem cum prima uel diuersa causa appellationis dicit glos. in l. unica. C. de suffrag. ubi Odof. & alij. & aliquid per Bar. in l. cum apud Sempronium. ff. iudi. sol. & Gof. in sum. de procu. & v. col. & ad prædicta ac decisionẽ uideatur Egi. deci-
5 sio xlj. si papa ubi cõmißio † procedendi summariè uni facta extenditur ad surrogatum in eius locum & in alia instantia: & procedit conclusio siue prima cõmißio det quòd summariè siue secunda aut alia in quacũq; parte iudicij seu instantia ut omnis processus post ipsam sit summarius usq; ad finẽ litis non ante commißionem: cum eadẽ sit ratio de ea quæ de pri-
6 ma commißione in his quæ sequuntur de stylo † palatij circa obseruationẽ terminorum in causis prophanis summarijs, & in attentatis ac alijs est paruus tractatus qui incipit, termini causarũ in Romana curia seruari soliti, & quicquid ibi dicatur, & decisione. ij. de rescri. in no. & per Egi. deci. xxvij. qui uult ꝗ tres solũ termini sint substãtiales ad ponendũ, arti-

culandũ ad producendũ omnia,& ad sententiã hodie quatuor termini in summarijs ante sententiã tantum sunt substantiales scilicet ad articulandũ dicẽdũ cõtra articulos ad producendũ omnia& dicẽdũ cõtra producta,quorũ si unus omittatur nulla est sententia.Itẽ si pars non citetur ad audiendum sententiã. c.j.de causa poss.& proprie.l.de uno quoq;.ff.de re iudi. usq; adeo ut sententia principis etiam sine citatione sit nulla secũdum Abb.in c.uenerabilem de el.c.iij.col.& tex.in cle.pasto=
7 ralis de re iud.Secus † si omittantur termini ad dicendum cõtra cõmissionẽ & ad libellandũ. Item ad iurandũ de calumnia tacite potest omitti.c j.de iura.calũ.in vj.quãuis cautum sit ut
8 obseruentur. De iure autem communi in prophanis † non requiritur nisi tela & ordo quæ habentur in.l.prolatam iuncta
9 glo.& ibi etiã Bar.C.de senten.Et quando † cõmittuntur simpliciter & de plano ac sine strepitu & figura iudicij est expressus in extrauagante ad reprimendum quo. in cri. lese ma. proce.& in cle.sæpe de uerbo.sig.tales autẽ eo modo cõmissæ sunt beneficiales & aliæ summariæ de quibus in cle. dispẽdio=
10 sam de iu. Et in Rota † Innocentiana sanat terminos substantiales reiterando unico contextu & unica audientia eos nulliter uel male seruatos quod procedit etiam si per assertum procuratorẽ de cuius mandato non constet uel cõtra assertum procuratorẽ rei fuerint tẽti dũmodo in reiteratiõe sint principales uel boni procuratores utriusque & hoc propter illa uerba male aut nulliter quæ etiã in multis alijs casibus faciunt quòd sanetur tela quãuis auditor debeat esse discretus q; si fuerit tenta contra non legitimã personã uel ad instantiã non legitime expectet reũ tanto tẽpore quantũ est necessariũ ad obseruãdũ terminos substãtiales sine præcipitatione.Ex quo etiã reiteratio prædicta sanat omnes terminos etiã in duabus uel

in una

in una audiētia tantū tētos & aliâs cōculcatos ac ordine peruerso seruatos q pro interpretatione dictæ Innocētianæ not.

IX. *Decis.* SVMMARIVM.

Commissio in causa prophana per quam conceditur quod termini substantiales seruari soliti etiam male uel nulliter tenti unico cōtextu reiterentur non sanat si prout in causa beneficiali erant seruati, & non sit hoc expressum. Vel sic, Commissio super reiteratione terminorum nō sanat processum in prophanis nisi quod ut in beneficialibus & causa prophana tenti fuerint expressum sit.

EPITOME.

1 Alia est tela & ordo iudiciarius in prophanis causis & alia in beneficialibus & summarijs.

2 Seruans male telam siue ordinem processus iudiciarij tenetur sanare illum aut sua impensa aut per commissionem sanatiuam.

3 Practici & cauti procuratores ne errent & damnificent clientulum suum in expensis processus debent ponere specifice in commissione reiterationis terminorū quòd causa est prophana, & quòd termini in ea fuerunt seruati, vt in beneficialibus seu summarijs, & tūc reiteratio fit vt in beneficiali & nō vt in prophana, atq; in hoc errant plurimi procuratores non ponentes vtrunq;, quia tunc talis commissio non valet.

DECISIO IX.

FRequens est usus cōmißionum super reiteratione terminorum unico contextu ac audientia seruandorū ac super sanatiua processus corā.d.Simonetta.1519.in una Viterbien. salarij erat cōmißio in prima instantia in qua locū tenēs auditoris cameræ iudicauerat q terminis de more seruatis etiam male & nulliter tentis unica citatione & audientia reiteratis procederetur & dubitatur de ualiditate dictæ sententiæ locūtenentis, & pro ea dicebat ponens qui habebat causam in se-

eundi,quod in prophanis solet tela substātialis teneri sicut in beneficialibus,& ita erat tenta in dicta causa quodq; hoc attento satis uidebatur expressum.Et q; papa ita intellexisset.l. quod si nolit.§.qui aßidua.ff.de ædi.edic.l.fi.C.de fideius.Nam frequens actus inducit consuetudinem in cōtractibus ut in dictis iuribus.& Bar.in repeti.l.de quibus in ij.q.prin. vij. col. ff. de legi. & facit regula.l.suis quoq;.§.puto generaliter.ff. de hære. insti. nihilominus fuit cōclusum pro nullitate ex quo

1 †alia est tela in prophanis,alia in beneficialibus & summarijs:& in arbitrio partis est quomodo obseruet,quia si aliter quàm debeat oportet quod sanet processum sua impensa & quandoq; per commißionē nō obtinet sanatiuā quo ad omnia.

2 Vnde quidam † in prophanis seruāt telam prout in eis requiritur ad fugiendū omnē nullitatem & neceßitatē,& ideo necesse est quòd papa intelligat causam esse prophanam, & in ea telam tentam prout in beneficiali & summariè, ad hoc ut

3 sanet & reiteratio ut in beneficialibus proficiat.Et ita † practici procuratores ponunt in commißione utrūq; ex eo quòd reiteratio fit sicut est facta obseruatio non ut in prophana quia ita non est facta nec iterari posset: queādmodū nec priuatio datur nisi supposito habitu.l.decem.ff.de uerb.obli. §.seruus.insti.de capi.dimi.aliâs papa intelligit iuxta subiectā materiā scilicet tentā ut in prophanis si de causa tali dicat commißio.c.sedes.de rescrip.c.ut priuilegia de priuileg.l.si uno.loca. glo.in uerbo.titulo.in c.j.de usur.in vj.& Soci.cōsil. xxv. & no.quia in hoc uidi plures errare in formando cōmißiones.

X. Decis. SVMMARIVM.

Quando in reseruatione pensionis datur facultas transferendi dummodo infra certū tempus

pus denuncietur sub pœna nullitatis. Vel quod eoipso censeatur extincta pensio. In cōmissione super nullitate vel extinctione secuta trāslatione non debet apponi clausula solita sine retardatione solutionis pensionis.

EPITOME.

1 Vbi ex facie literarum aut instrumenti constat aliquid non deberi: tūc iudex ex officio absq; partis oppositione potest & debet repellere agentem.

2 Pecunia debita ad diem si petatur statim reo nihil excipiente iudex cōdēnabit ad diem ex quo istud dari in diem inest obligationi idē de exceptione ex pacto in continenti apposito vel ex tacitè intellecto cum insint sui natura actioni: & actor deducendo eam proponit cum exceptione, secus in exceptione quæ non inest obligationi sed venit extrinsecus vt exceptio pacti facta ex interuallo.

3 Non est necessaria exceptio facti vel iuris quando ademptio fit in testamento, cum eidem testamento insit nec possit iudici non liquere.

4 Si ex tenore appellationis cōstat quod est interposita in casibus à iure prohibitis, tunc iudex non reuocat attentata statim nec inhibet antequam incipiat cognoscere an appellatio sit recipienda vel nō, quia appellans habet ius commune contra se.

5 Publicè excommunicatum potest iudex ex officio repellere etiam reo non excipiente, similiter libellum quando ex eius continentia ineptitudo apparet.

6 Contra instrumentum guarentigiatum habens executionem paratam & contra quod nulla possit opponi exceptio nisi falsitatis vel solutionis de simulatione excipi potest quæ facit deficere contractū, nam ex quo deficit consensus non dicitur esse contractus.

7 Quo ad validitatem non refert an aliquid fiat sub conditione vel modo: quoniam si modus non seruatur subijcitur clausula irritans seu annullās actum, cum illud sit pro forma appositum quæ dat esse rei: qua non seruata actus est nullus.

8 Non debet retardari aut aliâs impediri solutio pensionis simpliciter, & de partium consensu præsertim reseruatæ super cuius nullitate lis mouetur, donec de nullitate aut extinctione sit iudicatum nisi sub modo aut conditione fuisset reseruata, quia tunc non verificata conditione aut modo reus non compellitur soluere nisi agens esset in possessione percipiendi, quia tunc cogeretur: quia in his non requiritur titulus.

9 Quando in materia rei liquidæ aut contra instrumenta guarentigiata sit locus exceptioni remissiuè.

10 Si in actione includit & deducit actor exceptionem suo ligone se per-

cutit & ei incumbit onus probandi exclusionem exceptionis alias incumberet excipienti aliquid ponenti.

DECISIO X.

Casus occurrit in signatura iustitiæ de mēse No. 1520. quod.P. cōsenserat reseruationi pēsionis cum potestate transferendi dummodo infra tres menses translatio sibi intimaretur alias esset nulla seu eoipso extincta. Is in quem erat translata seu ex translatione reseruata agebat cōtra. P.ad solutionē Petrus petijt cōmitti causam nullitatis uel extinctionis fuit dubitatū an in cōmißione deberet apponi clausula cō sueta scilicet placet sine retardatione solutionis pensionis. Et pro affirmatiua quidam ex referendarijs allegabat stilum nihilominus pro negatiua dixi & hoc pars obtinuit quod de nō pensione aut extinctione cōstabat ex facie literarum reserua-
1 tionis prioris ac trāslationis quo casu † iudex ex officio absq; partis oppositione potest & debet repellere agentē. l. lecta.
2 uer.dicebā.ff.si cer.pe.& ibi Bar.dicens quod si † pecunia debita ad diem petatur statim reo nihil excipiente iudex cōdēnabit ad diem ex quo istud dari in diem inest obligationi, & est intus in obligatione.d.uer.dicebā.l. petens cum ma. C.de pac. et in l.eū qui ita.§.q ita.ff.de uerbo.obli.inquit nō esse neceße qd' opponatur exceptio quæ inest obligationi,put in pactis incōtinēti appositis uel quæ tacite intelliguntur, ut in dictis iuribus & l.iurisgentiū.§.quin imo.ff. de pact. ita etiam dicit Bal.in l.bone fidei circa finem.C.eo quòd exceptio quæ est ex eodem contractu id est pacto incontinenti apposito.Non est necesse quod opponatur quia ex figura eiusdem cōtractus apparet. Nam in istis non est opus quod pars opponat cum insint actioni & actor deducēdo eam proponat cum exceptione quæ sui natura inest unde actionis expreßio est sufficiēs reo secus in exceptione quæ nō inest obligationi, sed uenit extrin-

secus

fectus prout exceptio pacti postea facti seu alia quae partium conuentione non uenit ad idem Inno. in c.j. de plus peti. & in c.pastoralis, de excep. Abb. in capit. exceptionē co. ti. iiij. col. Bar. in l. si ita scriptum. ff. de lega. j. inquiens non esse necessa-
3 *rium exceptionem facti nec iuris quando adeptio fit in testamento cum eidem testamento insit nec possit iudici non liquere, & Bar. etiā in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. poss. in. ij. q. principali. iiij. col. & quod Phil. Franc. post. Domi. concludit in c. non solum. j. col. de appel. in. vj. quod quādo*
4 *constat † ex tenore appellationis quod est interposita in casibus à iure prohibitis tūc iudex non reuocabit attentata statim nec inhibebit antequam incipiat cognoscere an appellatio sit recipienda uel non qui appellans habet ius cōmune contra se & quod in. iij. col. in prin. allegando Deci. primam in no. eo.*
5 *tit. subijcit ad hoc. c. pia de excep. eo. ti. & li. ubi publice † excommunicatū potest iudex ex officio repellere etiā reo nō excipiente, idem de libello quando ex eius continentia ineptitudo apparet. c. exanimata cum materia de iudi. Et quādo extra seriem libelli est notoriū secundū. But. in c. j. de offic. uica. sed in proposito agens ad pensionē producit literas ex quarū contextu deprehēditur nullitas uel extinctio aperte si lapsus fuerat terminus trium mesiū prout erat, igitur nisi de intimatione in tempore doceat seipsum excludit, & à iudice repelli debet etiā reo tacente accedit quòd contra instrumentū guaren-*
6 *tigiatum † & statutū habēs executionē paratam & quòd, ne queat opponi nisi exceptio falsitatis ac solutionis et nulla alia potest excipi de simulatione cum simulatio faciat deficere cōtractum ex quo enim deficit consensus non dicitur esse cōtractus. l. j. de pact. & Bar. in l. j. §. & parui refert. ff. quod ui aut clam. bona ergo est exceptio non esse contractum, & sic legitimam*

timam non esse pensionem, nec literas pensionis quæ non habent animam nisi secuta intimatione in tempore & docto de ea item pensio est reseruata in euentū translationis sub conditione intimationis, sed statutū disponens ut instrumenta guarentigiata habeant paratam executionē, & quod nulla poßit opponi exceptio intelligitur dummodo conditio cōtractus sit adimpleta. Bal. in l. si causam. C. de exce. rei iu. & alij ad quos refert & sequitur Alex. consi. cxix. primo uol. Igitur ante uerificationem intimationis constat iudici non esse pensionē ac ius ita excipiendi saluum est parti, cum cōditio nihil ponat in esse. §. ex cōditionali. insti. de uerb. obli. c. j. de spon. in. vj. Non obst. si ponderetur quòd nō sumus in cōditione, sed in modo per
7 dictionē dummodo: quia non refert † quoad inualiditatem fiat sub conditione uel modo quando si modus non seruetur subijcitur clausula irritans seu annullās actum. c. uerum de condi. appo. tunc siquidē illud est pro forma appositū, qua non seruata actus est nullus, quoniā dat esse rei sicut in l. si unus. C. de testa. l. an inutilis de acceptil. l. j. §. si quis ita ubi Bar. de uerbo. obli. & Bal. ad hoc in l. j. ff. de libe. & posthu. Nec etiā obstat quòd ab initio tenuit reseruatio & eius uigore est facta solutio quæ non debet retardari donec de nullitate seu extinctione sit iudicatum. c. querelam de elect. c. cōsultationibus de iure patro. ne interea priuetur cōmodo poßeßionis. c. j. ut lit. pen. quia procederet si nulla translatio facta esset uel si absq; tali modo aut conditione transferendi facultas data fuisset: quibus casibus de partium consensu papa reseruat simpliciter & tūc
8 † non impeditur pensionis præstatio propter superueniētem litem super nullitate uel extinctione ex eo quod literæ sunt liquidæ, & ex cōsensu partiū ad quē papa respexit firmè quousq; cōtra eas sit res iudicata, secus si à principio fieret reseruatio

uatio sub conditione si talis consentiret,seu alia,aut sub modo ut suprà.nam tunc non uerificata prius cōditione aut modo non posset reus ad solutionē cōpelli nisi agens esset in possessione percipiēdi.d.c.querelā.cum simi.quoniā in his titulus non requiritur.c.in literis,& ibi Abb.post alios de resti. spo. Idem ergo quādo adijcitur in euentū translationis ex quo & papa & partes agunt ut per translationem extinguatur & cesset si intimatio in tēpore non sequatur. Vnde de extinctione notoriè constat ex literis trāslationis, ita quòd fundata est rei exceptio cum non agatur ex primis literis reseruationis, sed ex secundis translationis,seu nouæ & secundæ reseruationis, cum forma sit quod extinguitur prima & denuo similis reseruatur,personæ nominatæ:potest itaq; dici non est pensionis aliqua reseruatio,sicut excipi quod asserta sententia nō est sentētia,& quod non est publicum instrumentū:& si diceret statutum derogatum posse iurare opponi quod non est talis
9 *secundū Bar.in l.diuus de testa.mili.& in materia † rei liquidæ uel non & quando cōtra guarentigiata locus sit exceptioni ultra prædicta uideatur Bar.in l.proinde.§.notandū. ff.ad l.aqui.Abb.in c.ex parte.ij.de offi.deleg.& doct.allegati per Alex.d.consi.Ad hunc sensum facit etiam quod ait in no.in c.*
10 *super literis de rescrip.ult.col.quòd si actor † in actione includit & deducit exceptionē suo ligone se percutit & ei incumbit onus probandi ad exclusionem exceptionis, aliàs incūberet excipiēti aliquid ponenti.l.j.de excep.l.ij.ff.de proba.cū glo.ubiq; & Gof.in sum.eo.titu. ij. col.cum reddat actionem suam dubiam quinimmo in propositio destruit eam & se excludit ex quo assertio sua & negatio aduersarij reperiūtur simul & in eadem scriptura per expressum.Ex quibus infertur non debere poni clausulam sine retardatione solutionis pēsionis*

nis quæ quaſi pro regula in ſimilibus commißionibus apponitur. Et hoc not. ut quotidianum ut inquit textus in l. legatũ. ff. de libe. lega. & habes unam limitationem ſeu fallentiam ad exceptionem ad ſtilum reſcribendi cum dicta clauſula.

XI. Deciſ. SUMMARIUM.

Bona eſt commiſsio ut condemnatus per tres cõformes audiatur ſuper earum nullitate reſeruatis expenſis & fructibus in fine litis cõſtito de paupertate oratoris parito quo ad poſſeſsionẽ.

EPITOME.

1 Non liberat. c. Odoardus de ſolutio. clericum à debito ſed ſolũ à moleſtia creditoris præſtãdo cautionem quòd ſoluet ſi peruenerit ad pinguiorẽ fortunã ſicut per ceſsionem bonorũ non dicitur cedens ſoluere, ſed tantum liberatur ne carceretur & remanet obligatus ad ſoluendum quandocunq; ſoluere poſſet deducto ne egeat.

2 Lex aut capitulum debet regulariter facere ad titulum in quo ponitur licet non ſemper de neceſsitate.

3 In multis caſibus in iure paupertas nocet & minuit hominis fidẽ, non tamen hoc debet extendi extra caſus à iure expreſſos cum proſit etiã in multis & inſpicit lex aliquando magis perſonarũ fidẽ quàm facultatem.

4 Sententia adiudicatoria in beneficialibus non dat titulum, ſed declarat ius ad victorem pertinere.

5 Dominium quando transferatur per ſententiam remiſsiue.

6 Ad probandũ ſtilum ſignaturæ adducuntur quandoq; commiſsiones aliàs ſignaturæ in caſibus ſimilibus.

DECISIO XI.

PRopoſui in ſignatura iuſtitiæ. 1519. an deberet cõcedi quòd condẽnatus per tres cõformes audiretur ſuper earum nullitate, fructibus & expenſis in fine litis reſeruatis cõſtito de paupertate cõdemnati parito quoad poſſeßionẽ ſi uigore rei iudicatæ parendum ſit, & dicebã quòd ſic, tum quia à iure conceditur beneficium. c. odoardus de ſolu. tum quia in Rota uiderã quaſdã cõmißiones ſimiles quaſi ſtilus talis eſſet

qui

qui pro iure habetur,c.ex literis de cõsti.c.quàm graui.de cri. fal.& in hunc sensum fuit etiam.d.Io. Antonius de Triuultijs decanus & quatuor alij,reliqui uero contradicebãt eo fundamento,quia non debet prius condẽnatus audiri quàm fuerit euacuatum iudicatũ quo ad omnia cle.ut calumnijs. de re iudi. in uerbo plenarie.iunc.glo.quæ allegatur.c.reintegrãda.iij.q. j.ad d.c.Odoardus.licet debeat facere ad titulũ. l. imperator. ff.de in diem adiec. dicebatur non esse uerũ quòd habeat uim
1 *solutionis cum solũ liberetur † clericus à molestia creditoris præstando cautionẽ si peruenerit ad pinguiorẽ fortunam. Ad hoc.§.fi.insti.de act. ubi per cessionẽ bonorũ non dicitur cedens soluere,sed liberatur ne carceretur & remanet obligatus quando satisfacere possit deducto ne egeat similiter in l. sunt personæ cũ se.ff.de re iudi.quo ad priuilegiatos de quibus ibi. Nam inanis actio dicitur quam debitoris excludit inopia.l. nã & is.ff.de dolo.c.olim.ij.de resti.spo.Posset & aliter respon-*
2 *deri ad id quod lex † debeat facere ad titulũ ubi situatur iuxta d.l.imperator.& no.in c.j.& c. si super gratia de offi. deleg. in.vj.de quo etiam Abb.in probe.decret.ulti.col.& in c. bone de cõfir.uti.uel inuti.in fi.quod satis dicitur facere.d.c.odoardus.ex quo decidit quòd ob inopiã ad solutionẽ nõ cõpellitur. Item ꝙ non est de necessitate ut semper faciat ut in. §. fi. iuxta glo.insti.de obli.quæ ex qua.cõtra.& in c.potuit loca.ubi & glo.pro cõmissione etiã uidebatur quòd si sentẽtiæ essent nullæ & iniquæ locupletaretur cũ aliena iactura uictor si uictus non audiretur ante plenã paritionẽ cõtra æquitatẽ.l.nam hoc natura.ff.de condi.indeb.c. locupletari de re iu. in vj. & paupertas quæ non est de genere malorũ præstaret impedimentũ ut agi non posset,& eo modo periret ius suũ. Paupertas autẽ potuisset esse in uicto sine culpa uicti unde lex puniret eum sine cul*

ne culpa obligando ad impoßibile quod teneretur ad totalem rei iudicatæ euacuationẽ contra regulã.c.cognoſcentes de cõſti.& l.fi.quæ ſent.ſi.appel.reſcin.l. impoßibiliũ.ff.de re.iur. & quãuis in caſu l.teſtiũ in prim.ff.de teſti.& pluribus alijs.
3 In iure † paupertas diminuat de fide hominis & noceat,extra tamen expreſſos id nõ eſt extendendũ,cum etiã in multis proſit,& aliàs magis lex fidem inſpicit perſonarũ quàm facultates.§.fi.inſti.de ſuſpe.tuto.Sed pro negatiua poteſt dici quòd præſumptio quæ eſt pro tribus conformibus tollat omnẽ iniquitatem,cum etiam in una ſentẽtia præſumatur ꝙ omnia rite proceſſerint,et tanta eſt iudicialis auctoritas ut ſemper pro eo præſumi debeat donec cõtra eum aliquid legitimè probetur c.in præſentia de renũ.c.cum inter.de re iudi.& ut ſit finis litium l.properandũ.C.de iudi.c.finẽ litibus de do.& contu.& ſi in una uel duabus cõformibus cõcederetur cõmißio non cõtra tres conformes ratione calũniæ quã conſiderauit dominus Clemens.d.cle.quod in una uel duabus non eſt cautũ ꝙ de nullitate ſine paritione dici nequeat cum nec mercantur nomen ſententiæ neq; executionem ſi ſint nullæ.l.iiij.§.cõdemnatũ.ff. de re iudi.c.fi.eo. ti.in vj. Et dato ſine præiudicio ꝙ ſine culpa non tamẽ ſine cauſa pateretur & à iure cõſiderata per. d.cle. c.quoniam frequenter.§.ſunt & alij ut lit.non cõteſta. Et per prædicta tolleretur quod dicebatur de nutriẽdo peccato in uincente habente forſan ſcientiã quod cõtra ueritatẽ obtinuiſſet, & quia ſententia facit ius inter partes. l. ingenium. ff.de ſta.
4 ho.d.c.cum inter.& ibi Abb.ij.colum.licet † in beneficialibus ſententia adiudicatoria non det titulum,ſed declarat ius ad uictorem pertinere, de quo quãdo eſſet priuatiua,quãdo declaratiua & de eius effectu.Idem Abb.in .c.j. de cõceſ.præbẽ.&
5 de materia & quando † per ſententiã transferatur dominiũ uideatur

uideatur Bar.in l.ex hoc iure de iusti.& iur.in l.miles. §.fi.de re iudi.tex.in l.sicuti.§.sed & si quæratur.ff.si serui.uendi. in c.forus.iun.glo. in uerbo iuris status de uerb.signi. Pro affirmatiua *uidetur etiam facere quòd iura loquentia de paritione debeant accipi data possibilitate sicut & cõmoditate,aliàs per remedia & priuilegia iuris.l.nepos proculo. ff.de uer.sig.& quòd Clem.simpliciter loquens declaret & se refert ad paririones à iure concessas, licet ex aduerso dictum sit quãtum ad hoc quòd nutriretur maior calumnia in multis qui sub clipeo inopiæ post tot sententias & dispendia iterũ ad causam uenirent: quicquid sit in ueritate in alia signatura fuerunt adductæ*
6 *quædam † cõmissiones signatæ & cõcessæ prout in themate, & ita fuit cõclusum quòd ista admitteretur: stylus autẽ potuit respexisse ad fundamenta pro affirmatiua considerata.*

XII. *Decis.* SVMMARIVM.

Commissio per uiam monitorij contra eum qui succedit in beneficio de cõsensu alterius pẽsione onerato dat iurisdictionẽ ad causam solutionis absq; intimatione literarum reseruationis pensionis non super pœna censurarum, nec priuatione beneficij. Ideo non est limitanda, dummodo literarum pẽsionis intimatio facta sit, aut fiat, uel cõstito de intimatione literarũ. Vel sic, In commissione aut monitorio super solutione tantum pensionis non est ponenda clausula cõstito de literarum intimatione.

EPITOME.

1 Si agitur contra Titium vt hæredem Gaij obligatum ex cõtractu non cogitur actor intimare Titio contractum obligationis, sed sufficit facere eum in ius vocare vt hæredem obligatum ex tali causa, &

probare postea in iudicio quòd Caius erat sibi debitor, & titius est hæres ipsius Caij,aut aliâs tenetur pro eo.

Si pensionarius vult agere ad pœnas cõtentas in literis apostolicis pensionis:tunc est necessaria earundem literarum intimatio vbi quis nõ consensisset vel per alium præstitisset consensum.

DECISIO XII.

PRopoſui etiam cõmiſsionem eodem anno 1519. in qua Petrus Males fecerat intimari monitorium de ſoluendo penſionem ſibi reſeruatã cuidam.I.qui ſucceſſerat in beneficio grauato,& qui non cõſenſerat reſeruationi pẽſionis,& quia I.per procuratorẽ cõparuerat.petebat.P.quòd non obſtante cõmiſsione præinſerta in qua fuerat additũ ut auditor cameræ procederet cõſtito de intimatione literarũ penſionis auditor procederet nõ obſtañ.quòd literæ non eſſent intimatæ, attẽto quòd non agebatur ad pœnam priuationis nec incurſum cenſurarũ,ſed ad ſolutionem duntaxat debitarũ penſionũ, & dixi
1 debere concedi,& ita fuit concluſum ſicut ſi agerem † contra titium ex aliquo cõtractu ut hæredẽ Gaij obligatũ cum actiones tranſeant actiue & paſsiue in hæredẽ.l.j. C.ut act.ab hæ. & con.hæred.inci.non cogerer ei intimare contractum obligationis ſed ſufficit citari facere eum ut hæredẽ obligatum ex tali cauſa,& in iudicio poſtea probare quòd Gaius erat mihi debitor & titius citatus,uel aliâs cõparens per procuratorẽ eſt hæres Gaij aut aliâs tenetur pro Gaio, ſatis eſt etiã oſtendere apud acta.I.obtinere beneficiũ cum fructuũ perceptione ſuper quibus eſt reſeruata penſio non obſtante quòd dicitur ſucceſſorẽ nõ obligari niſi literis ſibi intimatis ex quo probabiliter ignorat alium cõſenſiſſe.l. fi.ff.pro ſuo.c.ab excõicato cũ ibi no.de reſcri.quia hic agitur ut ſoluat pẽſionẽ quæ debetur ex fructibus quos percipit,quo caſu nõ reperitur ꝙ requiratur obligationis intimatio ad iuriſdictionẽ cum ſit ſatis in

citatio

citatione talia exprimi per quæ plene intelligat monitus super
2 *quo cõuenitur cle.ij.ut lit.pen.Secus † si ageret ad pœnas iam dictas,tunc enim necessaria esset intimatio literarum quando quis non consensisset,uel per aliũ cõsensisset non per seipsum. Nam propter grauitatẽ præiudicij & censura & spiritualia quæ ligant animã principaliter,ut inquit* Abb. *in c.* P. & G. *de offi.dele.c. ueritatis de iureiur. & propterea in rem inanimatam proferri non possunt.c.*Romana.*§.in uniuersitatem de sen.excõ.in vj.est necessaria certa & indubitata notitia ad no.* Inno.*qui solet cõmuniter allegari in c.fi.de eo qui mit. in pos. causa rei ser.ut* Ludo.Ro.*allegat cõsilio.cccclxxxij. quòd est necessaria personalis citatio facit glo.pe.in c.qui ad agendum de procu.in vj.quoniã absq; monitione personali nõ debet irretiri censuris cum non esset in cõtumacia sine qua excõmunicatio non infligitur ab homine.xj.q.iij.episcopi si sacerdotali, & ibi.no.*Abb.*in c.j.de iudi.iij.col.& in c. reprehensibilis de appel.et de his uide quæ postea annotaui in illa decisione* Rotæ *q̃ cõsentiẽtes per se reseruationi pensionis incurrũt pœnas excõmunicationis & priuationis si nõ soluãt in tẽpore secus siper aliũ,& ibi latius incipit dubitaui in una* Vladisladieñ.

XIII. *Decis.* SVMMARIVM.

Non datur cõmissio quod sit locus executorialibus decretis vigore primæ sententiæ quæ transiuit in rem iudicatã si aduersus eam sit concessa restitutio etiam si prima fuerit confirmata per unam aliam uel duas usq; ad rem iudicatam inclusiue,sed debẽt nouæ executoriales decerni.

EPITOME.

1 Per restitutionem aduersus sententiã impediuntur literæ executoria-

les:ne illarum vigore executio sententiæ fiat cum restitutio in pristinum statum reponat restitutum.

2 In causis agitatis in Ro.cu. & maximè in Rota ferè semper victus victori condemnatur in expensis.

3 Quando prima sententia confirmatur ex eo quia reperitur bene iudicatum, tunc ex secunda sentētia oritur actio non ex prima, & secundus iudex debet facere executionem: & hoc etiam obseruat stylus signaturæ in commisionibus executionum.

4 Delegatus principis potest de iure exequi sententiam absq; vlteriori commisione, tamen in curia Rom. propter præsentiam papæ & derogationem regulæ quod executoriales literæ aliter quàm sub plumbo expediteę non arctēt semper solet commissio impetrari iudici posterioris sententiæ etiam pronuncianti illam bene latam, aut appellationem ex lapsu fatalium esse desertam.

DECISIO XIII.

HAbuerat T. sententiam quæ transiuerat in rem iudicatam, & obtinuerat decerni literas executoriales: cōdemnatus impetrauit restitutionē aduersus eā, in qua restitutione fuere latæ duæ sententiæ cōfirmatoriæ primæ usq; ad alium trāsitū in rem iudicatā: petebat T. uolens excusari ab ulterioribus expensis quod primæ executoriales seruirent & possent intimari perinde ac si uirtute ultimæ sentētiæ decretæ fuissent, fuit negatum in signatura iustitiæ: pro qua negatiua facit

1 *quia † per restitutionem uidētur euacuatæ executoriales prædictæ & impedita executio sentētiæ: nā restitutio reponit in pristinū statum l. quod si iunior. §. restitutio. ff. de mino. l. unica. C. in integ. resti. postu. ne quid no. fi. & l. j. & l. fi. de sentē. pas. c. suscitata, & ibi glo. de resti. in integ. ¶ Petitio tamen saporē innuebat ad uitandū expēsas superfluas, & ex eo quod condēnatus non sensisset damnū quin potius exonerationē &*

2 *diminutionē expensarū, ex quo in curia † ut plurimum & in Rota semper uictus uictori cōdēnatur in expen. & præcipuè quādo agi posset ex cōfirmato sicut ex cōfirmāte uel ex utroque prout ex declarato agitur. l. asse toto de hære. insti. & ex*

impleto

impleto nō ex implēte.l.cū enim.ff.de noua.¶ Super quo arti culo ex qua sentētia oriatur actio uideatur text.in l. actori de reb.cre.glo.in.l.eas.in uerbo iniustā.& ibi Bar.C.de appel.& *idē* Bar.*in.l.j.ff.de re iudi.¶ Et quis iudex exequatur per eun dē in.l.à diuo pio, in prin.eo.ti.& per doct.in.l.tale pactū.§. qui prouocauit. ff.de pact. & ex dictis* Bart. *colligitur oriri*
3 *† actionē ex secunda non ex prima sententia quando confir= matur prima,quia reperitur bene iudicatū: & tunc secundus iudex debet exequi quod facit pro decreto signaturæ,& hoc*
4 *etiam quod licet de iure delegatus † à principe poßit exequi sententiā absq; alia commißione.c.quærēti de offi.deleg.* Bar. *in d.l.à diuo pio.* Nihilominus *in curia semper habetur cōmis sio forsan etiā ultra præsentiā papæ ob derogationem regulæ* ꝙ *executoriales literæ aliter quàm sub plūbo expeditæ nō ar= ctēt in casibus in quibus disponit: & uidemus quòd cōmißio executorialis dirigitur iudici qui ultimò iudicauit nō inspecto* ꝙ *cōfirmauit tāquā bene latā,uel quod ex lapsu fataliū pronū tiauerit appellationē desertā,aut aliâs ex ea causa cōfirmaue= rit unde signatura potuit ad huiusmodi stylum respexisse.*

XIIII. Decis. SVMMARIVM.

Processus est summarius si in signatura Papæ Cardinalis aut Regentis dicatur quod summa= rie`,&c.quamuis uerba alia simpliciter & de pla no,&c.non sint in corpore cōmissionis dūmodo petatur quod summarie`respectu signaturæ regē tis:quia respectu signaturæ papæ aut cardinalis non requiritur petitio de summario processu.

EPITOME.

tiam parte non petente in rescripto seu cōmissione si Papa vel Car-

dinalis dicit placet quod summarie &c. aut quod appellatione remota in causa procedetur summarie & remota appellatione.

2 Si in cōmissione petatur per verbum summarie aut alia verba æquipollentia quod processus sit summarius & regens cancellariā apostolicam in signatura seu extensione sua posuerit quod possit procedi summarie &c. quāuis in signatura Papæ aut Cardinalis sit solum verbum placet causa dicetur summaria.

3 Vbi non petitur quod posset procedi summarie signatura Papæ aut Cardinalis per verbum placet non concedit causam summariā sed petita duntaxat. Nec tunc regēs potest extendere quod summarie possit procedi.

4 Hodie nil refert an sit in signatura regentis quod summarie &c. vel sine dictione &c licet antiqui exigerent dictionē &c. sine qua dicebāt quod non veniebāt alia videlicet de plano siue strepitu & figura iudicij cum essent diuersa & vnū sine alio sæpe cōmitteretur.

DECISIO XIIII.

OBseruatum est meo tempore quod in quacunq; causa prophana & aliâs non summaria, & iniuriarum quæ non includitur in cle. dispēdiosam de iudi. declarata per extrauagantē ad reprimendū quo in cri. le. ma. proce.. et per cle. sæpe de uerb. sign. sufficiat pro summario processu qd' in signatura Papæ aut Cardinalis dicatur placet quod summarie &c.
1 etiā si † pars petijsset tantū qd summarie absq; eo quod subiunxisset simpliciter & de plano sine strepitu & figura iudicij uel sola facti ueritate inspecta terminis etiam non seruatis uel alia uerba de quibus Rota deci. secunda de rescrip. in not. Idē si nec uerbū summarie procedi uel aliud circa processum summariū potuisset in rescripto cū solius principis sit causam summariam cōcedere & appellatione remota, petat pars uel non secundū glo in c. fi. de hæreti. in vj. & in c. quod translatione de offi. lega. & Abb. in c. j. de transact. & in c. pastora-
2 lis. ij. col. de appel. & dicitur etiā summaria causa † si regens cancellariā in signatura sua seu extensione posuerit procedat summarie &c. quāuis in signatura Papæ uel Cardinalis esset solū uerbū placet quia de more nō solet ponere quod summarie ho

rie hodie, dũmodo hoc casu in cõmißione summarius proces-sus per uerbum summarie uel per alia uerba si petitus ex quo hodie inoleuit stylus ut sufficiat, et p tale uerbũ sine alijs sum-
3 marius processus intelligatur peti & concedi. Nam † si non eßet petitũ Cardinalis aut Papa per uerbũ placet nõ dedisset causam summariã sed petita dũtaxat & regens ad extendendũ signaturã præpositus ex se id nõ poßet nec facias uim an in si-
4 gnatura † uel extensione quod summarie sit dictio, &c. his caracteribus poni solita uel nõ sit quia licet antiqui istud exi-gerent ad summariã cognitionẽ concessam. pro quibus decis. xxviij. in no. de rescrip. & Egi. cccxxxviij. in causa dicẽs q per uerbũ, &c. omnia petita uidentur cõcessa. Moderni tamẽ sine tali dictione trãseunt si quãdo in aliqua cõmißione omittatur quod raro cõtingit, & inaduertẽter & operatur dictio, &c. quod per eam uult quis idẽ quod omittit. dicit Bar. in l. gallus. §. idem credendum. de libe. & posthu. & per hæc declaratur quomodo sint practicandæ hoc tẽpore decisiones. ij. & ix. ac xxviij. de rescrip. in no. cum simi. & d. decis. Egi. cccxxxviij. ac cccxciiij. cum in commißione.

De Consuetudine.

Vnicæ Decis. SVMMARIVM.

Validæ est cõsuetudo quod sacerdos curatus abeat lectum cuiusq; capitis domus morientis meliorem vestem.

EPITOME.

Possunt clerici exigere à laicis prætextu consuetudinis aliquid temporale etiam si repletionem ventris vel aliam vtilitatem priuatam respiciat vt in Britannia tertiam partem mobilium in fabricã ecclesiæ aut pauperibus distribuendam, & talis consuetudo est laudabi-

 lis

lis & sufficit quòd non sit irrationabilis hoc est peccati inductiua.

2 Vbi clericis aliquid temporale longo tempore soluerunt laici præsumitur se ad id voluntariè obligare, nec habet vitiũ: imò potius laudabile fundamentum quod ex mera voluntate populi introductum est, non tamen petetur aliquid pro sacramẽtis quæ prius liberè conferri debẽt, sed quod prætextu cõsuetudinis laudabilis est debitũ.

3 Etiam si tempore sacramenti aliquid consuetum sit exhiberi huiusmodi consuetudinis prætextu peti potest ex eo, quia præsumitur populum voluisse spontaneè obligare longo tempore istud seruando in recompensationem spiritualiũ cognoscendo Deum in donis suis, atq; eleemosynis peccata redimendo.

4 Vbi exactio præcedens dedit causam consuetudini, tunc non valet talis consuetudo.

5 Sufficit tempus decem annorum ad inducendam consuetudinem præfatam contra laicos, & vide remissiuè de modis probandi huiusmodi consuetudinem.

6 Quando sumus in dicta cõsuetudine inducẽda magis præsumitur quòd ex cupiditate procedat nisi de contrario constet: quãdo verò in inducta nec appareat de origine nec ex qua causa sit inducta tunc præsumimus inductam ex liberalitate aut ex alia causa approbata à iure puta loco decimarum census cathedratici vel alterius iuris.

DECISIO VNICA.

NON est respuenda cõsuetudo quòd rector curatus seu parrochialis habeat lectũ & meliorẽ uestẽ mariti uel uxoris aut alterius morientis qui sit caput domus, ut cõclusit palatium de mense Nouemb. 1521. in una coram domino Bartholomæo de petra sancta per. c. ad apostolicã, de

1 *simo. cum clerici † poßint à laicis aliquid tẽporale prætextu consuetudinis exigere etiam si repletionẽ uentris aut aliã priuatam utilitatẽ respiciat ut in d. c. & c. Iacobus eo. ti. & ubiq; doct. cõmuniter exemplificantes de tertia mobiliũ tẽpore mortis quæ in britannia soluitur in opus ecclesiæ uel pauperũ. Itẽ quòd capellanus habeat caput bouis à nubentibus, uel ei offeratur candela grossa cum denarijs, uel aliud quid certi. Ita Innoc. Host. Collect. Io. And. Car. But. & Abb. in d. iuribus. Itẽ Host. in dc.*

in d.c.ad apostolicā.& Henri.Boich in d.c.Iacobus.exēplificant etiā in sacerdote ut habeat lectum uel uestes mortui.talis enim consuetudo ut inquiunt laudabilis est,& sufficeret quòd non esset irrationabilis hoc est inductiua peccati ait Egi.cōsi. xxxj.quod mulier col.iij.nō ob.quòd uideatur præsumi cupiditatis causa,& ex radice auaritiæ processisse.c.nō satis. c. cū in ecclesiæ eo.ti.cum si & Egid.in d.consi. Vbi multa pro dānata cōsuetudine cōsiderat: quia ut doct.præfati ubi supra dicunt ex quo † laici aliquid tanto tēpore soluerunt præsumuntur se ad id uolūtariè obligasse,non quòd pro sacramētis quæ prius liberè conferri debent aliquid petatur, sed quia gratis à laicis fuit exhibitū ex ui consuetudinis postulatur quòd quādo ex mera liberalitate & deuotione populi introductū est non habet uitiū quin potius laudabile fundamentū & ualet secundum Abb.in c.suā eo. ti. quia non est magnū nec mirū si ab eo metuntur temporalia qui semināt spiritualia.c. cum ex officij de præscrip.& in c.si episcopus de offi.ordi.in vj.ad hoc tex. n d.c.ad apostolicā.ibi laudabilē cōsuetudinem pia deuotione ideliū introductā.Item idem † si tempore sacramenti aliquid xhibebatur ut uideatur populus longo tempore istud seruāo se uelle spontaneè obligare in recōpēsationē spiritualiū reognoscendo deū in donis suis atq; peccata eleemosynis rediēdo de pe.di.j.medicinā.Ita Abb.ubi supra,& Io.de Ana.in :.ad apostolicā.Si † uerò exactio præcedēs dedit causam cō tudini tunc non ualet dicit Abb. Ponit etiā Abb.in d. c. suā dos probandi consuetudinem in istis spiritualibus putans ficere † tempus decem annorum ad eam contra laicos inendam, ideo quando sumus in inducenda præsumendum † magis quod ex cupiditate procedat,nisi constet de con o:quando uerò in inducta nec apparet de origine ex qua

causa præsumamus inductam ex liberalitate aut alia causa ap probata à iure, puta loco decimarũ cẽsus cathedratici seu alterius iuris, uel quod sit in diuinũ cultũ cõuertẽdũ, ut dicit Io. de *Ana. post alios in d. c. ad apostolicã. ex his causis, & simil. cõsuetudinem habere compulsionẽ uel quod causa non inducat peccatum secundũ* Egi. *in d. consi. & quia in dubio ex iusta potius occasione quàm iniusta, & pro ualiditate l. merito. ff. pro soc. l. quoties. ff. de reb. dub. &* c. Abbate. *de uer. sig.* Egi. *autẽ in d. cõsi. loquitur in alio casu, & non cõtradicit cõclusioni.*

De Renunciatione.

Primæ Decis. SVMMARIVM.

Resignatio cum prouisione beneficij supplicatione signata & dotata viuo resignante valida est, licet consensus præstetur per procuratorem post obitum resignantis.

EPITOME.

1 Voluntas & mandatum licet morte finiantur: actus tamen cessionis seu resignationis & prouisionis per solam signaturam est perfectus ex quo habet consensum cedentis per procuratorem facient? supplicationem & porrigentem illam papæ: quia tunc perinde est ac si cedens porrexisset ex quo eius mandato fecit.

2 Antequam admittatur cessio & fiat prouisio beneficij resignati potest cedens reuocare & mutare voluntatem quæ si non reuocatur durare præsumitur,

3 Sufficit ad validitatem actus consensus vndecunq; collectus & potest ad præstandum ipsum compelli de iure resignans qui supplicationem Papæ porrexit: licet hoc in practica non seruetur.

4 Procurator resignãtis mortuo ipso resignante possit astringi de iure ad præstandum consensum in cancellaria vel camera pro expeditione literarum cum talis consensus non sit nisi executio ad actum perfectum nec quo ad hoc expirauit mandatum.

5 Cepta adimplere tenetur procurator & multò magis facta conseruare, & pro illorum executione quicquid expedit aut necessariũ existit facere noua tamen inchoare non tenetur,

Consen

6 Consensus qui præstatur in camera vel cancellaria dummodo alias posset legitimè probari non est de substantia resignationis, sed tantum ad ipsius probationē cum propter regulam cancellariæ literæ apostolicæ sine eo seu probatione vel ostēsione illius expediri nō possunt. Et ob eam rem huiusmodi regula non est de dandis cum respiciat expeditionem literarum.

7 Sicut in cedente exigitur consensus vt cessio sortiatur effectum, ita in cessionario requiritur etiam cōnsensus seu acceptatio vt beneficiū possit dici suum quia inuito non datur beneficium.

8 Duæ extrauagantes seu declarationes fuerunt ædite per Alexā. vi. & Leonem x. quibus determinatum fuit consensum præstari posse per procuratorem post obitum constituentis dotata & signata supplicatione viuo resignāte & bulla declarationis Alex. fuit producta in quadam alia causa & secundum eam iudicatum.

DECISIO PRIMA.

CONCLVSVM fuit in una Seneñ. parrochialis corā domino Martino de Spinosa 1513. quòd cōsensus ad beneficia resignata potuit præstari post obitū resignātis dummodo supplicatio esset signata & dotata uiuo

1 uo resignante, prout erat nam licet † uoluntas & mandatum morte finiantur. l. iiij. ff. loca. c. si gratiose. de rescrip. in vj. §. recte. insti. man. actus tamē cessionis & prouisionis per solam signaturam erat perfectus ex quo habebat consensum cedētis per procuratorem quī fecerat fieri supplicationem & porrigi Papæ quod perinde est ac si cedens porrexisset cum mādato suo fecisset. l. j. ff. de procur. regula qui facit per aliū de re. iur. in vj. quo casu non est dubium ualere cessionem ad partis

2 supplicationem admissam & hoc † nisi constaret quod ante admissionem & prouisionem cedens reuocasset mutata uoluntate alias uoluntas durare præsumitur. c. maiores, de baptismo. ubi glos. allegat concord. facit. l. cum tacitum de proba. & quod Bart. in l. fideicōmissa. §. si rem. ff de lega. iij. Vndecunq;

3 † enim colligatur consensus sufficit ad ualiditatē actus & po

c est

teſt quis ad id cōpelli.c.quidā de renūti. & ibi But. nam procurator † mortuo cedente poſſet ad conſentiendū in cancellaria uel camera pro expeditione literatū aſtringi, ex quo talis conſenſus non eſt niſi executio ad actum perfectū, & ad hoc non expirauerat mandatum: cum iſtud ſit declaratio nihil addens rei perfectæ non diſponens de nouo ſed factum exequens ac ſignificās.l.hæredes palam.§.ſiquid.ff.de teſta.c.paſtoralis.§.fi.de appel.& ibi Abb.in prin.ad hæc.l.nam & Seruius.
4
5 §.ſi uiuo titio.ff.de nego.geſt. Vbi procurator † tenetur cepta adimplere nō noua inchoare, multò ergo magis facta cōſeruare, & pro illorum executione ac expeditione quidquid expediat aut ſit neceſſariū facere. non ob.l.bonorū.ff.rem rā. habe. quod extrema eſſent impedita propter mortē inter datā & conſenſum: quia procederet ſi de conſenſu in uita ut ſuprà
6 nō cōſtaret: uel ſi is in cācellaria † aut camera præſtaturus eſſet de ſubſtantia nō ad expeditionē ſeu probationē, nā regula de beneficijs reſignatis dicit quòd literæ nullatenus expediantur, niſi reſignans expeditioni huiuſmodi conſenſerit, & non eſt de dādis cū reſpiciat expeditionē: nec refragatur quod notarius recipiens conſenſum dicit quod talis conſentit ceßioni & literarum expeditioni, quia optime facit cum reſpiciat ad tenorē ſupplicationis & ceßioni etiā uerè cōſentiat, & ſi antea non eſſet præſtitus aut probari non poſſet, tunc eſſet ad eſſentiam & de ſubſtātia ex quo in iſto actu ſicut in omni alio neceſſarius eſt cōſenſus.l.j.ff.de pact. Sed ſi prius fuiſſet præſtitus, & de eo cōſtaret tunc eſſet ad expeditionē literarū iuxta regulā quis enim diceret non eſſe perfectam gratiā cum cōſenſu neceſſario? Si ego porrigo Papæ ſupplicationem in qua cedo ut in ea dicitur: & alius petit prouideri poſtquam Papa admittit quāuis ſecundo loco coram notario preſtē conſenſum

ſum, certè nullus. Nec ob.c.ſi tibi abſenti de præbē.in vj.ibi ut
7 *tuus dici ualeat: quoniā ſicut in cedēte reſpectu † ceſsionis cō*
ſenſus exigitur, ita in ceſsionario cui prouidetur ad hoc ut ſit
ſuū requiritur acceptatio nihilominus quo ad ceſsionē ſufficit
cōſenſus cedētis modo iam dicto quo ad puiſum ut in d.c.et in
l.abſenti.ff. de dona.qa inuitū nō radicatur bñficiū regula in-
uito de reg.iu.ff.l.nec emere.C.de iure deliberādi. Pro deciſio-
8 *ne ultra prædicta eſt extrauagās † Alex.vj.determinās cōſen-*
ſum poſſe præſtari poſt obitum cui declarationi in dubio iure
eſt ſtandū inquit Pau.de ca.in d.§.ſiqd.Anch.cōſ.ccxciij.Feli.
in c.cū olim de re iu.& dū de cōſenſu prædicto in camera aut
cācellaria præſtatur in ſignatura Papæ de anno.1 5 2 0.fieret
uerbū papa, Leo meminit ſemp audiuiſſe ita fuiſſe tētū & mi-
hi & alijs diſceptantibus dixit & quod ea pars ſibi placebat.

II. Deciſ. SVMMARIVM.

Data prouiſionis beneficij nō trahitur ad diē conſenſus in camera aut cācellaria antea præſti-ti. Idem ſi poſt datam prouiſionis præſtetur, ſed magis contra vel ſic. Per conſenſum qui præſta-tur in cācellaria vel camera coram notario non abdicatur titulus ante admiſsionē: vel ſic, ſi pro duobus, diuerſis diebus ſuper eodem beneficio conſenſus præſtetur, potior erit qui poſtea ſibi prouideri prius, aut eodem die cum alio in pro-uiſione concurrens gratificationem meruerit.

EPITOME.

1 De ſtylo curie & de more cardinalium eſt quòd ipſorū cōſenſus præ ſtatur ab eis in reſignationibus per cedulā propria manu ſubſcri-ptam proprioq; obſignatam ſigillo: quæ poſtea præſentatur nota-rio cancellariæ aut cameræ apoſtolicæ.

Vbi

2 Vbi in gratia seu literis apostolicis apposita est clausula gratificationis præfertur prouisus per illas alteri prouiso etiã apostolico eiusdem datæ & possessori non habenti similem gratificationem aliàs data paritate præfertur possessor.

3 Per resignationem beneficij factam in manibus superioris admittentis eandem resignans amittit nedum possessionem, sed etiam proprietatem & titulum, sed si fuerit facta in manibus priuati valet in præiudicium cedentis & non superioris sine cuius admissione non perditur proprietas nec titulus licet amittatur possessio.

4 Resignans beneficium in manibus priuati si spoliatur potest illud repetere à spoliante tanquam habẽs ante admissionem superioris verũ ius & titulus in eo, non tamen contra ordinarium qui potest cessionem approbare vel reprobare.

5 Si resignans beneficium in manibus priuati impetrat aliud beneficium ante admissionem superioris tenetur facere mentionem de beneficio taliter resignato, propterea quia adhuc non dicitur titulus à cedente abdicatus, nec dicitur resignans ecclesiæ perditus donec superior resignationem admittat.

6 Notarius cancellariæ aut cameræ non præficitur ad admittendas vel reprobandas resignationes beneficiorum, sed tantum ad recipiendum seu testificandum resignantium consensus iuxta tenorem supplicationum signatarum aut signandarum cum ad solum papam spectet resignationes in Ro. cu. factas admittere vel reprobare.

7 In præiudicium superioris currit tempus ad conferendũ ob negligentiam suam à die renunciationis in manibus priuati factæ & nõ à die ratihabitionis.

8 Consensus siue præstetur ante datam prouisionis siue postea semper traheretur ad diem datæ ipsius prouisionis.

DECISIO II.

Cardinalis Cibo cessit canonicatui & præbẽ. Frisingeñ. in fauorem duorũ diuersis diebus per cedulam de more
1 *cardinalium coram notario cancellariæ propria † manu subscriptam proprioq; sigillo sigillatã, papa postea eadẽ die signat supplicationẽ pro utroq; gratificãdo uni ex eis tantum. fuit dubitatũ coram do. Staphileo de mense Maij 1521. cui*
2 *deberentur & conclusum † quòd habenti gratiã gratificationis ex quo de prioritate non constabat licet pro non habente gratificationẽ cõsensus prius fuisset præstitus sicut non data gratificatione respiceretur possessio. c. si à sede. de præben. in vj. non*

vj.nō ob.ꝙ pro nō gratificato prius Cardi.cōſenſerat quaſi à ſe omnia abdicaſſet ſecundū Ro. de renunc.in no. iiij.uolensq́;
3 per renunciationem factam in manibus † ſuperioris uideatur amiſſa etiā ꝓprietas,& ꝙ amiſſio ſuperioris nō eſt niſi quædā abſolutio uel dimiſſio à ſua iuriſdictione per quā nō cōfertur nec aufertur ius ſeu titulus in beneficio. Et ꝙ ſuperior poteſt dici notarius cācellariæ aut cameræ ad recipiēdas reſignationes aut earū cōſenſus præpoſitus.Idē quòd cōtra renunciantē poteſt excipi etiā de tacita renunciatione.gloſ.c.ex ore. de his quæ fi.à ma.par.cap.& c.quod in dubijs.de renunc. Ita quod primus cōſenſus tantū ſit in cōſideratione non ſecundus, quia reſpōdetur ꝙ ante admiſſionē bene ualet ceſſio etiā in manibus non habentis poteſtatē in præiudiciū cedentis non ſuperioris. c.fi.eo.ti.& Card.& Imo.in d.c.ex ore.Itē quòd nō perditur proprietas ſine licētia & admiſſione prælati quāuis perdatur poſſeſſio tāquā nihil habēs ſpiritualitatis neq; uinculi indiſſolubilis,& quia facilius amittit.l.ſi quis ui.§.differētia. ff.de acqui.poſ.Ita Innoc.& But.in d.c.quod in dubijs. & Rot.Biſignet.iij.& iiij.de renun.in antiq.firmans cedentē
4 † poſſe agere quouſq; fuerit priuatus,& beneficium repetere ab intruſo ut ius habētē dūmodo non agat cōtra ordinariū,& quòd ante admiſſionē ſequutam interea remanet uerū ius & titulus in beneficio ſecundū Inno.in d.c.quòd in dubijs. Et ex hoc infert Fely.in c.in noſtra.xxxiiij.cor.de reſcrip.neceſſe eſt facere mē-
5 tionē † de beneficio taliter renūciato in impetratione alterius beneficij,quod non eſſet ſi ius & proprietas non remanerent. Titulus nāq; non dicitur à cedēte abdicatus nec cedēs eccleſiæ perditus donec papa admittit,quia ſecundū Gof.in ſum.eo.ti. licet perdat eccleſiā non perditur eccleſiæ niſi ſuperiore uolēte.Ita etiā But.in d.c. fi.ꝙ ſuperior poteſt approbare uel reprobare,

probare, & quod dicit Henr. Bohic. in d.c. quod in dubijs. & d.c.fi. ex quibus patet non obstare cessionem fuisse factam nisi fuisset admissa per habentem potestatẽ: potest etiam dici quòd
6 notarius † in cancellaria aut camera non sit appositus ad admittendas uel reprobãdas resignationes beneficiorũ, sed duntaxat ad recipiendũ earum cõsensus iuxta tenorẽ supplicationum signatarũ uel signandarũ: solius enim papæ est admittere uel negare non notariorũ corã quibus præstãtur consensus ad probationẽ seu expeditionẽ literarũ stãte regula q; literæ apostolicæ non expediãtur, nisi resignãs cõsenserit, ut dixi in proxima decis. Ideo nota, cõsensus est q; talis cõsentit resignationi & literarũ expeditioni: quãuis in aliqbus cedulis Cardinaliũ apponatur q; cedit & resignet q; ex prædictis nõ obst. deci. ad decis. primã de elec. in antiquior. Bisignet ubi inspicitur dies cessionis non admissionis, dixi q; data eius ueritate ibi illud est in præiudiciũ superioris qui poterat admittere & non admittere renũciationẽ factam in manibus priuati, & propter eius
7 † negligentiam in non ratificando seu approbando uel reprobando huiusmodi resignationẽ tempus Lateranẽ. concilij ad conferendũ incipiat currere sibi à tempore renũtiationis, & non à tempore ratihabitionis: sed ex hoc non sequitur q; ante admissionẽ ius & titulus non remansissent ut suprà. Itẽ in papa id non cadit qui probabiliter putat cõsensum nõ procede-
8 re, & magis est q; cõsensus † trahatur ad diem datæ supplicationis, quàm data ad diem cõsensus, patet quia literæ dicũt hodie in manibus nostris &c. Vnde quãdo cõsensus ꝓcedũt non uidetur effectualis cessio nisi in die admissionis, licet notarij recipiẽtes cõsensus in hoc referãt & repræsentẽt personã papæ habito tamẽ respectu ac relatiõe facta ad supplicationẽ signãda, & eius tempus si sequuntur trahuntur retro ad diem datæ.

III.

III. Decis. SVMMARIVM.

Gratia in qua papa ex nunc admittit resignationem & vacationẽ percessum seu aliã admissionẽ etiã in suis manibus vel notarij publici ac testibus factam intelligitur de simplici cessione non in fauorem certæ personæ si in curia fiat.

EPITOME.

1 Sicut ab vsu paterfamilias sic ab vsu papæ valet argumentum in resignationibus qui non solet admittere illas pro alijs personis quàm pro illis in quorum fauorem fiunt.

2 Admissio papæ resignationum factarum in fauorem certarum personarum ac illarum scientia & tolerantia quæ arguitur ex diuturno & quotidiano vsu earundẽ omnem simoniæ labem purgat siue datam supplicationis admissionis sequatur consensus resignantis, siue præcedat. proprerea quia tales resignationes passim hodie fiunt & admittuntur in curia Romana.

3 Consensus præstitus ante vel post datam supplicationis se refert ad supplicationem signatam vel signandam sine qua non præiudicat resignanti volẽti cedere in fauorem certæ personæ cum trahatur ad datam supplicationis.

DECISIO III.

Confirmauerat papa creationẽ in canonicũ ecclesiæ collegiatæ sancti Angeli de urbe factã p Cardinalẽ Surrẽn. de persona Ricardi de Bartholmis, & admiserat prouidendo ex nunc prout ex tunc quàmprimũ cano. & præbẽn. uacarent per cessum uel decessum seu quamuis aliam dimißionem: etiam in manibus suis aut coram notario & testibus factam cõtigit: q Angelus de accusinis decimaseptima Sep. ceßit in urbe in manibus notarij cameræ apostolicæ in fauorẽ sui nepotis sequenti die fuit admissa ceßio, & facta puisio nepoti, Ricardus coram domino Paulo de Capisuchis, & Camillo de Ballionibus qui posuerunt causam in Rota de mense Octob. 1522. dicebat suam prouisionẽ subintrasse statim facta cessione quasi papa admisisset ceßionẽ et puidisset in cuẽtũ cessionis

sionis, ita quòd admißio in sequenti die dicitur secunda & sine effectu, & prouisio nepoti de beneficio pleno. Nam papa qui iura non ignorat. l. omniũ. C. de testa. c. j. de consti. in vj. & scit quòd ante admißionem superioris ceßio non abdicat titulũ. c. admonet. c. fi. Inno. & But. in c. ꝙ in dubijs de renuntiatio. & Rot. Bisignet. in antiquior. iij. & iiij. eo. tit. Fely. in c. nostra. xxxiiij. corre. de rescrip. & latius dico in alia decisione ꝙ per cõsensum qui præstatur in cãcellaria nõ abdicatur proprietas incipit Car. Cibo uidetur à tẽpore confirmationis prouidẽdo ex tunc aut eo ipso secuta ceßione eã admisisse per necessariũ antecedẽs, sicut ecõtra. l. ad rẽ mobilẽ. l. ad legatũ, de procur. l. oratio, de sponsa. l. illud. ff. de acqui. hære. & suspẽsio omnium gratiarũ in ꝓuisione nepotis uenit tarde post admißionẽ iam dictã & prouisionẽ Ricardi. His non obstañ. conclusum fuit gratiã Ricardi ꝓcedere in simplici resignatione nõ in ea quæ
1 fit in fauorẽ certæ personæ, & hoc ab usu papæ † q nõ cõsueuit pro alio q̃ pro eo in cuius fauorẽ est facta ceßio admittere ipsam. l. uel diuersorũ. ff. de pigno. act. c. illo uos in fi. de pigno. c. cum marthæ iuncta gl. in uerb. probabilius de cele. mis. Non ob. ꝙ quia in fauorẽ uidebatur symoniaca glo. in c. ex. parte. j. de offi. dele. & non abdicãs ius à resignãte. Inn. in c. cũ uniuersorũ de re. permu. Rot. de renũ. in antiq. vij. & sic ꝙ uacasset per obitũ Angeli nõ per resignationẽ prout annotaui in alia decisione incipiẽte cõclusum est in una corã domino Hugone
2 scientia tollerãtia † & admißio papæ purgat maculã & passim admittuntur tales ceßiones in curia siue personaliter siue per procuratores fiant ex quibus & tam longißimo & quotidiano usu colligitur euidentißime notitia papæ quẽadmodũ inquit Fely. in d. c. in nostra cor. v. ꝙ si reseruatio esset generalis & publice nota præsumitur papã scire illam, & eius expreßio

preßio est superflua,& quòd reseruatio inducta per regulas præsumitur nota papæ cui nõ refragatur q id locum habeat quãdo cõsensus sequitur datã quasi papa sciens & prudẽs iam purgauerat nõ si antea erat præstitus,quia uidemus q quãdocunq; sit concepta ceßio in fauorẽ admittitur & omnino idẽ est cum poßit cõsensus præcedere & sequi.c.cura.c.suggestũ de iur.patro.Rot.de re.permu.v.in no.doc.in l.siqs mihi bona.§.iussus.ff.de acq.hære.non enim ignorat papa q aliquãdo præcedunt aliquãdo sequũtur cõsensus quodq; in curia omnes fiũt in fauorẽ nõ aliâs, nec cedentes incurrãt periculum perdẽdi beneficia tantis quæsita laboribus. c.super hoc de renũ.l.cũ in debito.ff.de proba.& q in ceßionibus cõceditur latißima suspẽsio quãruncũq; gratiarũ pro securitate.Itẽ quòd
3 cõsensus ante uel post se † refert ad supplicationẽ signatã uel signandã,& q sine ea nõ præiudicet,& de his in allegata decisione Cardinalis Cibo, & propterea noluerũt dñi q noceret,quia notarius per errorẽ posuit Angelũ ceßisse aut cedere secundũ supplicationẽ signatã sub tali data cum in ueritate signata nõ eßet. Itẽ q nõ obstaret etiã clausula q Angelus cedere ꝑponit prout cedit de præsenti, & re uera pridie resignauerat,ex quo de more taliter cõcipiũtur supplicationes ceßionũ,sit uel nõ præstitus cõsensus & aliter nõ soleat præstari q̃ in fauorẽ et papa nõ magis respicit ad sequẽtẽ q̃ ad præcedẽtẽ cõsensũ cũ ignorat an sit præstitus necne et si sequentẽ solũ respiceret nõ uerificaretur q cedit qs de præsenti nisi cõstaret q is qui cedit per se uel ꝑcuratorẽ aut aliũ de eius mãdato supplicationẽ signari porrexißet ut pono in illa decisione incipiẽte cõclusum fuit in una Seneñ.& ualet gratia signata supplicatione uiuo cedẽte, licet cõsensus per ꝑcuratorẽ præstetur eo mortuo.Et ex prædictis cõstat nõ obstare quod uoluit

 Egi.

Egi. quem refert & sequitur Alex.j.q.j.ordinationes pe.col. & ult.quòd quando in fauorem requiritur q̃ papa faciat ex certa scientia ut purgetur uitiũ. Nam q̃ taliter faciat est notoriũ ut est dictũ.Et ita in curia practicatur ut ibi Alex. etiã subijcit,& si aliter concluderetur deciperentur multi qui sequentes stylũ curiæ putant cedere secure in fauorem & ante uel post cõsentire iuxta tenorẽ supplicationis signãdæ aut signatæ,ac interim darẽtur & cederẽt in grauißimũ curiæ præiudiciũ,quoniã pauci resignarẽt. Itẽ si teneremus q̃ nisi papa expresse intelligat facta in fauorẽ nõ uideretur admittere cessionẽ omnino nõ subintrasset gratia Ricardi ante obitũ Angeli statim facta cessione ut supra.Per obitũ autẽ non uacant ex prædictis,& sic stat cõclusio.Item notarius admittẽdo seu recipiendo cessionẽ & cõsensum in fauorẽ alicuius ex stylo prædicto atq; sciẽtia & approbatione papæ refert ac repræsentat ipsius personã in proposito,habito tamen respectu ad supplicationẽ signatã aut signandã non obstã, q̃ supplicatio dicat Angelum cedere absq; expreßione quòd in fauorem talis qui supplicat sibi prouideri,nam in talibus quòd in fauorẽ fiat inspicitur prout ex consensu declaratur,& ut plurimum ita concipiuntur supplicationes cessionum in fauorem.

De pactis.

Vnicæ Decis. SVMMARIVM.

Concordata germanicè cõprehendũt etiam coadiutorias cum futura successione, sed nõ regressus & clausula præseruãs accessus,& regressus, ac de cõsensu coadiutorias, intelligitur respectu verbi de cõsensu in coadiutorijs dũtaxat.

Epito

EPITOME.

1 Quia regressus habent causam iuris de præterito & non simpliciter de futuro, ideo non cōtinentur nec sub indultis Cardinalium, nec sub concordatis germanice, secus est in coadiutorijs cum futuris successionibus quæ nihil habent de præterito.

2 Concordata germanice sunt latissime interpretanda in fauorem ordinariorum & contra concedentem, quia per illa fit reductio ad ius commune.

3 Accessus nullam habent præambulā causam iuris præteriti, vt habēt regressus. quare cauti curiales ꝓ illo qui cedit maximè iuri liti & causę indecisę reseruante sibi regressum petunt in supplicatione concedi regressum accessum siue ingressum, vt si non sit locus regressui subintret accessus non supponens ius aliquod præexistēs.

4 Quando Papa in resignatione quæ fit in manib⁹ suis suspēdit ad illius effectum omnes expectatiuas speciales vel generales reseruationes vniones nominationes & alias similes gratias citra accessus etiam sine consensu non suspenduntur, coadiutorie vero sine consensu sic, quia verbum de consensu positum in huiusmodi limitatione supplicationum refertur ex styli interpretatione tantum ad coadiutorias.

DECISIO VNICA.

CONCORDATA *germanic generalia
tollunt materias præuentiuas in sex mēsibus
cōceßis ordinarijs, sed an tollant etiā coad-
iutorias quæ hodie dantur cū futura succes-
siōe dubitabatur in una Ratislanieñ.* 1514.
*corā dño Ioāne Antonio de Triuultijs, & pro negatiua alle-
gabat quod regreßus & acceßus non subijciebātur quasi non
eßet in eis simplex reseruatio, ergo nec coadiutoria. Nibilo-
minus maior pars dominorū tenuit affirmatiuā cōsiderando*
1 *quod regreßus † habēt causam iuris de præterito nō simplici-
ter de futuro, ideo non continentur sub concordatis nec sub
indultis Cardinalium, ut dicam in sequenti conclusione, secus
in coadiutoria nihil habenti de præterito. Item ob prægnātia
uerba concordatorum excludeñ. expectatiuas reseruationes
ac quamuis aliam &c. importantia quancunq; dispositionem*

de futuro etiam dißimilem propter dictionem quãuis ut per doct.in l.pe.C.qui admitti.& in c. sedes de rescrip. Item quia
2 concordata † reducũt ad ius cõmune sunt fauorabilia ac plenißime in ordinariorũ fauorẽ & contra cõcedentẽ interpretanda.l.si unus. §. quod & in specie de pact.l. nõ statim cũ ibi not.ff.de pecul.xxxv.dist. ab exordio. c. cum dilectus de consue.glo.in cle.si de beneficio de præben & Cal. consi.xxij. eo. ti.& de rescrip.vij.Abb.in c.super eo.de offi.deleg.& in c.fi. de pe.& remis.Auch.consi.xxxj.ad excusationem & Ludo. Ro.ccxxxvij.clarũ est.Cæterũ aũt coadiutoria aut est simplex reseruatio & cadit sub concordatis aut mixta,& quia in fauorabilibus uenit casus mixtus.l.si ita scriptũ de lib. & post.l. ij.in prin.ubi Moderni.ff de uerb.obligatio. Sed ante quia illa
3 consideratio de causa iuris præteriti nõ uera in accessu † cum nullam habeat præambulam,licet in regressu contra qui supponit ius pristinum & dependentiam à præterito sicut priuatio habitum.l.decẽ.ff.de uerb.obli.&. §.seruus insti. de capi.dimi.Vnde curiales caute petunt regressum acceßũ & ingreßum,ut si non sit locus regresui subintret accessus nõ supponens ius aliquod præexistens nisi diceremus peculiare esse in eis ex quo semper præseruantur ut non subijciantur cõcordatis quemadmodum regressus.Sed considera quia etiam coadiutoriæ de cõsensu præseruantur per hanc clausulã præter uel citra accessus & regressus ac de cõsensu coadiutorias quo attento non deberẽt cõcordatis subijci.Quod uerbũ de cõsen-
4 su † ad coadiutorias tantũ refertur,& ita stylus accipit pro quo facit. c. cum dilecti de donati. aliàs clausula in principio medio uel fine posita,si potest refertur ad omnia. l. iij. §. j. de libe.& posth.de quo per docto.ibi,& in l. talis scriptura,& ibi Bar.ff.de leg.j.& in c.secundo requiris,& ibi Abb.de apella.

pella. tantum enim præseruantur coadiutoriæ de consensu & suspendantur aliæ non habentes consensum Regressus *uero & accessus etiam sine consensu dati præseruãtur, nam in regressibus est consideratio primæui iuris, & in accessibus & coadiutorijs causa ac cõpositio, quoniã si gratis aliquibus dantur habetur respectus ad labores & merita taliũ qui maiora merentur in recompensam laborum pro sede apostolica, aut pro cõcedente impensorum prout aliâs opera alicuius pro pecunia ualet insti. de soci. §. de illa. Ratione autem compositionis uidentur sapere & quasi habere uim contractus inter subditum & principem ad c. primum cum materia de proba. & esset graue quod per concordatam euacuarentur. Sed tunc nec coadiutoriæ continerẽtur in cõcordatis quia etiam cõponuntur & ad materiã. d. c. j. potest dici quòd si saperent uim contractus non minus concordata quæ etiã ob publicam utilitatem sunt firmata & pro maiori bono quàm regressus & accessus. Item si coadiutoriæ prædictæ non præseruarentur per dictam clausulã omnino si sunt de natura materiæ præuẽtiuæ succumbunt cõcordata ut supra de accessu nihil affirmo cum pendeat lis in* Rota *& ueniat disputandus iste passus qui occasione concordatorum ac indultorum Cardinalibus cõcessorum est quotidianus, & habet ex præmissis considerationes hinc inde maxime quia non sicut causa accessus & quidem plures hoc tempore conceduntur.* De coadiutoria *uero quæ sine successione datur est ti. de cle. egro. & text. in c. grãdi de sup. negli. præla. in vj.*

Primæ Decis. SVMMARIVM.

Procurator eius qui succubuit per tres conformes potest impetrare restitutionem aduersus

ipsas si in mandato cum quo litigauit erant ista verba ad agendum, defendendū appellandū & supplicandū. Et generaliter ad omnia & singula alia &c. vel sic ad petendā restitutionē in integrū principaliter & causam prosequendo sufficit mādatū ad agendū appellandū & supplicādū. c.

EPITOME.

18 cautũ quòd trãseat possessio † sine apprehensione nisi in casu. l.raptores.§.sinautẽ diaconissam.C.de epis.& cle. ubi ciuilissimam possessionẽ propterea docto.appellant.ergo stat regula in alijs à iure non exceptuatis in contrariũ. l. nam quod liquidæ.§.fi.ff.de pe.leg.& in auct.de non alie.aut permu. §. ut autem, col.j.Sola enim lex est quæ fingit dominiũ & possessionem quæri absq; traditione non homo. Alex.consi.j.uol.v.Nec est ratio quòd iste casus exceptuatus extendatur ad casum de-
19 cisionis † cum non habeat similem rationẽ, quo casu fit extensio secundum glos.notab.in l.j.C.de condi.inde.& no. Abb.in c.fi.de re iud.iiij.col.& est text.in c.cum dilecta. & ibi etiam Abb.v.not.de confir.uti.uel inuti.& in ultima disputatione d. Iaco.Simonetta qui tenuerat affirmatiuam motus auctoritate tantorum legistarum uictus rationibus & argumentis mutauit uotum pro negatiua. pro qua etiam ponens sentiebat qui secundum eam pronunciauit.

VIII. Decis. SVMMARIVM.

Possesio canonicatus apprehendi & tradi de-

bet

bet capitulariter alias non est canonica nec restituibilis nisi successiuè per patientiam canonicorum ante spolium iustificata fuerit.

EPITOME.

1 Possessio canoñ. & præbeñ. capitulariter tradi debet aliâs non est canonica nisi aliud sit de consuetudine.
2 Possessio præbeñ. qualiter acquiratur. vide remissiuè.
3 Possessio iustificatur per patientiam canonicorum ad actus canonicis tantum competentes facta admissio.

DECISIO VIII.

VT legitima sit possessio canonicatus ecclesiæ cathedralis aut collegiatæ non sufficit quòd sit tradita à canonicis qui sunt de capitulo: ut in c. cum olim. de re iud. & ibi doc.
1 *Sed requiritur † q̃ capitulariter tradita fuerit, & ita obseruat palatiũ, nisi aliud sit de cõsuetudine. ad hoc* Inno. Ioan. And. &
2 *But. in c. in literis, de resti. spol. ubi etiã tradunt qualiter † acquiratur præbeñ. possessio. &* Rot. eo. ti. in no. xij *aliter nunquã habita non est considerabilis neq; restituibilis nisi succes-*
3 *siue ex patiẽtia † canonicorũ ad actus canonicales canonicis tantum cõpetentes iustificata fuerit secundũ* Inno. *in d. c. in literis. & in c. ex parte col. ult. eo. tit. &* Alex. *iij. q. j. c. j. col. v. quæ iustificatio si agatur possessorio recuperãdæ debet præcedere spolium ad l. bonorũ. ff. rem ra. ha. & But. in c. cum uenissent. in fi. de resti. spo. &* Rot. eo. titu. in no. ix. ac Alexan. & *Imo. in l. quod meo, in prin. col. ij. ff. de acqui. pos. & ita in una nouissime corã do. Hugone de Spina de mense Martij* 1522. *fuit conclusum prout idem recolo in actis tentum.*

IX. Decis. SVMMARIVM.

Possessor beneficij non dicitur habere pacificam possessionem si super beneficio iudicialiter molestetur. Vel sic, ad hoc vt quis dicatur pacificus

ficus possessor non sufficit de facto possidere, sed requiritur quod sibi super beneficio aut iure in eo lis non moueatur.

EPITOME.

1 Pacificus possessor quis dicatur.
2 Possessio pacifica respectu. c. de multa. & c. licet canon quomodo intelligatur.
3 Lis super beneficio an operetur circa possessionem & eam afficiat.
4 Restitutio an competat intruso contra formam. c. ij. vt lit. pen. lib. vj. si fuit spoliatus vigore executorialium.
5 Intrusio contra formã. d. c. ij. etiam ex causa permutationis vel aliàs an via attentatorum sit reuocanda.
6 Causa simpliciter super beneficio commissa super petitorio & possessorio commissa censetur, & in optione actoris est intentare quam malit.
7 Causa quando est simpliciter commissa admittitur quandocunq; suspẽsio petitorij & termini semel tenti seruiunt etiã in possessorio.
8 Causa super molestationibus beneficij commissa includit etiam causam petitorij.
9 Rem siue beneficium pacificè possidere quis non dicitur si sibi super ea mouetur quæstio iudicialis.
10 Lis super possessorio intentata non facit proprietatem litigiosam.
11 Proprietas vel possessio aut res seu actio etiam in materia beneficiali quando censeatur litigiosa vide remissiuè.
12 Iudex datur simpliciter sine aliqua dictione taxatiua seu exclusiua super proprietate iurisdictionem habet etiam in possessorio, quia petitorium habet in ventre possessorium, non autem econtra.
13 Causa appellationis à grauamine cum incidẽ. dependẽ. & connexis commissa includit negotium principale etiam de eo mentione non habita.
14 Possessio nec eius commodum tollitur per litem.
15 Quare Rota variat in suis decisionibus.
16 Stylus ex tempore recipit varietatem in dubijs iuris.
17 Iuri scripto potius adhærendum esse quàm stylo Ro. cur. propter illius varietatem.

DECISIO IX.

1 *Rota in antiquis. iij. de cau. poss. & proprie. & in no. iij. in additione de præbẽ. uoluit q̃ si quis sit † in possessione beneficij licet ei moueatur lis super beneficio nõ ideo minus dicatur habere pacificam possessionem quasi satis sit de facto*

poßidere pro poſſeßione pacifica, quãuis ſuper iure controuerſia ſuperuenit. allegat Inno. in c. cõſtitu. de appel. cl. ij. qui idem tenet in c. de multa de præben. & l. ſciendum. §. ſi fundũ. qui ſatiſda. cogan. ac l. intra. ff. de di. & tẽp. præſcrip. Sed hãc deciſionẽ meo tẽpore non memini obſeruatam quinnimo potius cõtra, & propterea uolui annotare, & reperio ꝙ eam ad terminos. d. c. de multa. arguit Egi. deciſ. cccccxiij. ut non ſit locus pœnæ, niſi ſecũda aſſecutio fuerit pacifica de facto & de iure, ideſt ſi non litigioſa ſecundũ Archi. & Io. an. in c. cõmißa
2 de elec. in vj. reiecta † opinione Inn. Intelligendo tamẽ dũmodo limitibus legitimæ poſſeßionis lis ſit mota: quo caſu nõ uidetur pacifica ad glo. in d. c. cõmiſſa. quod interpretatur ſi infra duos menſes lis ſuperueniat per ea quæ Lap. in d. c. uoluit ut Rot. in dicta additione non ſi poſtea. quo uerò ad faciendũ ſe promoueri ad ſacros ordines in tẽpore ſub pœna priuationis ut in d. c. cõmiſſa. & c. licet canon. eo. ti. & lib. ſufficit habere pacificam poſſeßionẽ & exercitiũ curæ licet non habeatur maior pars bonorũ, ſecus in aſſecutione ſecundi ut incurrat quis ipſo iure priuationẽ primi in quo ultra pacificã poſſeßionẽ exercitij curæ requiritur poſſeßio omniũ fructuũ uel maioris partis. c. ſi tibi conceſſo. de præbẽ. eo. ti. & glo. dicit ibi eſſe ſpeciale ne clerici mendicare cogantur ꝙ primũ beneſitiũ ſimile non uacet, ſed ne pereãt animæ promoueri tentẽtur. & ita Io. an. Domi. & Philip. Franch. in d. c. commiſſa. & Rot. in d. addi. firmant, & eo modo intelligunt. c. cum in cunctis. §. cum uerò. de elec. pro hodierna obſeruantia etiam
3 facit tex. in c. ij. ut lit. pendẽ. in vj. ubi lis † ſuper beneficio & ſic ſuper iure operatur & circa poſſeßionem & afficit eam taliter quòd nõ competit reſtitutio, ut Rot. in no. iij. in ij. addi. de reſti. ſpo. nec intruſus contra. d. c. ij. agit ad reſtitutionẽ

†con

4 †cõtra eum qui obtinuit in possessorio & uigore executorialiũ spoliauit ipsum Rot.eo.ti.in antiq.xvij.& Bisignet.iiij.
5 quinnimo intrusio †est uia attentatorũ reuocanda Bisignet. ut lit. pen. Ita possessionis translatio etiam ex causa permutationis uel aliàs lit.pen.in alium per reũ facta.Rot. iij. in no.
6 & iij.in antiq.eo.ti.Quod procedit etiam quando †simpliciter cõmittitur causa super beneficio non expresso q; super titulo uel possessione aut utroq; ut sit cõmissa possessionis causa ar.l.ordinarij.C.de rei uendi.& c.pastoralis.de causa pos.& proprie.& est tex.notabilis in c.j.de sequæstra.pos.& fruct. ubi etiã glo.& Abb.dicẽs q; est in opinione actoris à qua causa incipiat,& quòd actore ingrediente possessionẽ reus eo inuito potest uti petitorio.Nam & petitoriũ sicut absorbet & trahit ad se ,ita habet in uentre inclusum possessoriũ, ut in d. iuribus.& in c.cũ dilectus cum materia de causa pos.& pro-
7 prie.Abb.in c.j.ij.col.de seque.pos.& fruct. & causa †simpliciter super beneficio cõmissa admittitur suspẽsio petitorij prout in d.c.pastoralis,& tela simpliciter tenta seruit etiã in possessorio taliter q; post suspensionẽ petitorij non est neces-
8 se ut seruetur denuo ut obseruat palatiũ.Item cõmißio †causæ super molestationibus beneficij absq; alia declaratione inducit etiã causam petitorij,quicquid super ultimo cẽseatur Cal.cõsi.vj.de rescrip.q; in alia decis.declaro incipiẽte Palatiũ sicut tenuit sub ti.de rescri.Itẽ quãdo agitur super titulo beneficij dicitur agi sup quasi dñio.c. ij.de dona. iuxta. c. si tibi absenti de præb.in vj. Lis autẽ sup dñio uel quasi efficit rẽ litigiosam auc.litigiosa.C.de litig.Cy.& Bar.in l.ij.C.eo.ad idẽ.c.j.de cõ
9 fir.uti.uel inuti.ubi nõ dicitur quis rem pacificè †poßidere si sibi super ea mouetur quæstio.& hoc no.& ibi Abb.est etiam tex.in c.ij.de renũ.ubi But.& Abb.notant q; non uidetur quis

beneficium pacificè poßidere super quo patitur controuersiam iudicialem. Siue igitur agatur super re uel iure, aut super dominio seu quasi possesßio sit litigiosa seu non pacifica. Non
10 quòd controuersia super poßeßorio † faciat. rē ipsam litigiosam ut in d. auct. hoc est proprietatē, sed bene posseßionem ex quo agitur de dñio posseßionis non de dñio rei secūdū But. Et Abb. in d. c. j. & de quinta specialiter in illa decisione incipiēte maior pars dominorū & cōferunt no. in alia incipiēte palatiū sicut tenuit supra adducta. Super quo quādo proprietas
11 † quādo posseßio qñ res qñ actio sit litigiosa, & in materia ultima. But. & Abb. in d. c. j. uideatur glo. in d. auc. & in d. c. j. Et Bar. in d. l. ij. Abb. in c. ecclesia sanctæ Mariæ ut lit. pen. in materia beneficiali etiā Inno. in c. cū M. Ferrarieñ. de consti. c. ex parte de arbi. Bal. in d. auct. Phil. Franc. in d. c. ij. Mil. late in uerbo litigiosa res sit. Rot. de. iij. in d. addi. in no. ut lit. pen. & Oldr. cōsi. ccxcix. allegās Inno. & Cōpost. in d. c. cum. M. Ferrarieñ. Et prædicta seruiunt ad cle. unicā de sequestr. pos. & fruc. & regulas de annali & triennali ac similes dispositiones requirētes pacificos possessores qui tales nō sunt si de iure uel de facto iudicialiter aut extra iudicialiter molestētur secūdum Pau. de Liaza. in cle. gratia de rescrip. & Rot. in d. decis. iij. de
12 præben. in addi. Item iudex † datus super proprietate habet etiam iurisdictionē super posseßione quia cōmissa causa possessoria uel petitoria sine dictione taxatiua tantum aut simili uidetur utrunq; cōmissum secundum Rot. de deci. ix. in no. de causa pos. & proprie. licet cōmunis opinio sit in contrariū ut refert sequendo eam Abb. in d. c. j. de seques. pos. & fruct. co. iij. per. l. si de proprietate. C. si à non cōpe. iudi. Cui tamen respondet ex dictis docto. quatuor modis in d. c. pastoralis col. ij. quæ responsiones faciunt pro decisione Rotæ quæ mihi

placet

placet ut in commißione proprietatis absq; dictione exclusiua ueniat possesio pro quo glo. ij.in d. c. pastoralis & not. supra non econtra per ea quæ habētur in allegata decisione maior pars dominorum & sentit Collector in d. decisione.ix.
13 Sub uerbis autē † cum incidentibus de pendentibus & cōnexis includitur principale negotiū in causa appellationis à grauamine etiā de principali negocio mentione non habita secundū Egi. dcxix. dummodo sit eiusdem naturæ iuxta decis. eiusdem cccxxviij.redeundo ad terminos dictæ decisionis tertia de cau. pos.& proprie.dico quod ad iura in contrariū adducta in d. decisione.iij.ex præmißis patet responsum & nō ob. §.si fun-
14 dum: quia lis † non tollit poßeßionē nec eius cōmodum.c.j.ut lit.penden.nimirum si possesio litigiosa releuat sicut pacifica ab onere satisdandi nec in dicto.§.ibi dicitur quod sit pacifica.l.si intra non facit ad causam loquēs de ciuili interruptione secundū unam lecturā,quæ interruptio non prodest omnibus de quo uidendū per Bar.in l.naturaliter.ff.de usuca. & Abb. post But.ponentē opiniones in c.illud ult.col.de præscri.Nec
15 mireris quod aliud senserit nūc Rota † sentiat. ita enim reperitur in pluribus decisionibus tam nouis quàm antiquis & procedit ex mutatione auditorum uariè sentientium. Nam ut inquit Persius satyra quinta uelle suum cuiq; est,nec uoto uiuitur uno: cum tot sint quandoq; sententiæ quot capita sic ex uarietate temporū statuta uariantur humana. Nec id repræhensibile. c. non debet de consan. & affi. & meo tempore in quibusdam articulis iuris aliud uoluerunt domini quàm antiqui usque ad ea tempora indicassent prout in expectatiua in forma pauperum quod non capiat canonicatum & præben. in collegiata cum prærogatiua regulæ ut in illa decisione pono incipiente dicebant maiores & ibi aliquid ad excusan-

dum utrunq; iudicium, ex quo contrarium reperiebatur iudicatũ & idẽ in unione inquit Mil. in uerbo unico facta ex falsa causa, quòd tunc noui auditores tenuerunt eam nullam ipso iure. & ꝙ contrariũ antiqui tenuerant circa quod quid hodie obseruetur uide cum distinctione unionis apostolicæ ab ordinaria decisione incipiente unio ex falsa causa. Et sicut in ista ita in quibusdã alijs inuenies annotatũ, & istud non ad detrahendũ maioribus sed quia stylus ex tempore recipit uarietatẽ:
16 *& in dubijs iuris † quilibet cogitur sequi suam intelligentiam etiam si erraret in uetando ne aliàs ædificet ad gehennã. c. per tuas el. ij. de simo. ꝙ si errorẽ deponere non potest & sit auditor in ea causa remittat causam ad cancellariã iudicandam ab alio qui sentiet cum uotis maioris partis aut omniũ iuxta decisionem xiiij. de conces. præbẽ. in no. Secundũ Collectorẽ ibi in fine quia etiam in illo articulo in quo iudex tenetur iudicare secundũ allegata & probata non secundũ cõscientiã. l. illicitas. §. ueritas. ff. de offi. præsi. & ibi Bart. de quo Abb. post glo. in c. pastoralis. §. quia uerò de offi. deleg. omnino laborare debet ut exoneretur & pati omne incõmodum ut alius non ipse pronunciet, ut ibi doct. Item sæpe reuelatur paruulis quod occultum fuit magnis, & uni quod latet alijs: quia etiam detegitur hodie quod non fuerat cognitum est singularis tex. in l. ij. §. Sed neq;. C. de uete. iur. enuclean. & magis pro Modernis quàm antiquioribus præsumitur iuxta illud Prisciani: Quãto iuniores, tantò perspicaciores glo. in l. gallus in prin. ff. de lib. & posth. ex quibus excusatur quod dicit Host. in summa de restitu. in integ. ut refert Lap. allegatione. xxvj. post prin. uariũ esse Romanæ cu. stylũ & quòd ideo potius iuri scripto adhærendũ sit, quàm cõsuetudini Romanæ curiæ*
17 *† ex eo quod est fragilis & incerta nunc alba, nunc nigra ac frequenter uaria,*

suis

suis tamen temporibus est sequenda etiã extra curiam in casu. §.fi.insti.de satisda.& facit c.cum non liceat de ma.& obe.

De Restitutione spoliat.

Primæ Decis. SVMMARIVM.

Agenti recuperandæ interdicto obstat decretum reseruationis regulæ Leonis reseruantis beneficia in sex mensibus vacatura.

EPITOME.

1 Prouisus ab ordinario in vno ex sex mensibus reseruatis per regulas cancellariç si spoliatur an debeat restitui?
2 Decretum Papæ irritans quando inficiat titulum & possessionem?
3 Decretum hominis sic afficit sicut iuris.
4 Restituitur prouisus ab ordinario si spoliatur ab expectante habenti inhibitionem & decretum.
5 Statuta & extrauagantes licet post publicationem arctent non tamen nocent partibus nisi in iudicio reducẽtur.
6 Restitutio impeditur quando notoriè constat de non iure agentis in petitorio.
7 Possessores de iure citari debent.
8 Papa apponens manum prouidendo aut reseruando inficit omnia in contrarium facta, & per eius decretum ligat etiam ignorantes.
9 Restitutio in beneficialibus nõ datur sine titulo colorato, ne detur vitiosus ingressus.
10 Possessio sola nihil operatur si titulus est notoriè nullus.

DECISIO PRIMA.

1 PROVISVS *ab ordinario † an deberet restitui contra prouisum à Papa de beneficio quod uacauerat in uno ex sex mensibus reseruatis per regulas cãcellariæ* 1518. *primò coram domino Iacobo Simonetta: secundò coram domino Paulo de Capisuchis fuit disputatum: & tandem maior pars dominorum uoluit quòd non.* Primò *quia*
2 *decretum nedum inficit † titulum, uerum etiam possessio-*

nem prout uidetur esse de mente Rotæ *decisi.ij.de resti.spoli. & de cau.pos.& proprie.xj.& xij.in anti.&* Egi.342.& 536.*ad quas decisiones unico uerbo respondebã quod debebant intelligi,prout loquitur tertia de resti.spoli. in no. quãdo sumus inspeciali reseruatione de certo beneficio uel in generali notoria.c.ij.de præben.in vj.non in alijs puta collectorum .subcollectorũ capellanorũ &c.* Nam *cum de his posset dubitari an essent seu fuissent tales,& sic eorum beneficia reseruata inquit ibi collector:dicerẽ non obstare agenti possessorio.ar.no.per* Inno.*in c.cõstitutus de fil. presby. hæc autem de qua agitur siue diceretur generalis non esset notoria siue specialis nõ esset de certo beneficio igitur &c.Sed maior pars supposuit non esse differẽtiam inter decretum de certo & de*
3 *incerto,in hoc seu quod ita afficit decretum † hominis sicut iuris ut econtrario æquiperando ponderat* Rot.*de resti.spol. in antiq.xvij.allegãdo.l.si libertus.ff.de iure patro.ad hoc facit quia* Cañ.*mitius agit quàm iuris minister, dicit glo. in c. apostolicæ de excep.& iudex est lex animata quæ durius agit quàm inanimata no.glo.in c.dilectus secũdo de præbẽ.l.celsus cum ibi not.ff.de arbi.decretũ uero legis inficit.d.c.ij. & c.j. & ij.ut lite pendẽ.in vj.&* Rot.*de resti.spo.vij.in antiq. ergo & principis quæ est lex animata. tamen non uidetur quod decretũ super incerto ita astringat.c.j.uer.sub incertũ de cõce. præbẽ.vj.cle.j.secũdo responso eo.ti.quãuis in. §. secus propter appositionẽ tẽporis ligẽtur omniũ manus ne ualidè prouideãt item in expectatiuis habentibus inhibitionẽ & decre-*
4 *tum non causatur talis infectio quin expectans † teneatur ad restitutionẽ prouiso ab ordinario spoliato ut in dies praticatur.Quidã dicebãt ad hoc quod expectatiua nõ est super certo sed eadẽ cõsideratione nec regula reseruãs beneficia certis*

mensi

mensibus uacatura. & sicut requiritur probatio extrinseca quod collector fuerit aliquis tēpore quo habuerit beneficiū, ita in proposito quod constet beneficia uacasse tempore expresso in regula. ergo idē iudiciū l. illud. ff. ad l. aquil. Nec obstat, q etiā in reseruatione d. c. ij. est necesse probari quod uacauerit in curia, nā ibi ex quo est in corpore iuris notoria id operatur notorietas facta probatiōe, nō sic in decreto hominis in quo nō est tāta nec par ratio sed longe inferior cum nō sit ita patens nec tā notoriū. iura enim ab omnibus sciri debēt l. leges
5 C. de legibus unde habentur pro notorijs. statuta † autem & si post publicationem arctent: non tamē sunt ita notissima nec de eis curant iudices nec partibus nocent nisi in iudicio producantur sicut nec extrauagan. c. pastoralis cum materia de fi. instru. Bar. in l. cū prolatis. ff. de re iud. Abb. & Fely. in c. j. eo. ti. nam in casu isto poterat etiam dubitari an essent cōcesse expectatiuæ quia regula reseruabat usq; ad generalem expe-
6 ditionē expectatiuarū sed si quando notoriè constat † de non iure agentis in petitorio impeditur restitutio c. ad decimas de resti. spolia. in vj. no. Inno. in d. c. constitutus & per Spec. in ti. de peti. & pos. §. j. quia supradictum est ex productione regulæ et probatione uacationis in tēpore constare de non iure in petitorio & procederet conclusio maioris partis. Verum quia domini dixerāt Rotā hoc non obseruare in his terminis quod no. quia contrariū dicit decisio secunda de resti. spoli. in antiq. Sed potest dici quod eo casu quo infecta esset possessio, & sic nō daretur restitutio in spolio cōsideretur non ius, nō quando daretur restitutio etiā si aliās de non iure constaret ex causa quæ non discolorat possessionem, & quod hodie ita praticetur quidquid alias fuerit tentum & tunc adhuc dubia est conclusio præsertim quia per eā paratur uia ad spolia.

Et si possessores citarētur: forsan aliquid releuans exciperēt.
7 ideo ius uoluit citari † possessores, et qd' nullus propria auct.
ius sibi dicat l.meminerint.C.unde ui.c.licet episcopus de præ
bē.in vj.& C.ne quis in sua causa ius si.di.in rub.& nigro.fa
cit tamē pro cōclusione c.si eo tēpore de elect.in vj.ubi decre
tū irritās afficit omnia quæ sequūtur post ipsum, ut effectu ca
reāt & iuris fomentū non habeant, ergo & possessionem. cui
dici potest quod loquatur in diuerso casu & non sit generale.
istud patet in decreto expectatiuarū, ut est dictū, idem in de
creto reseruationū per literas Papæ reseruātes beneficia usq;
ad certum ualorē & Aret.in l.naturaliter.§.nihil cōmune.ff.
de acqui.pos.pe.col.respondet q̄ d.c.intelligatur de his quæ se
quūtur, ita ad electionem ut electio quæ præcedebat decretū,
& sic ualebat sine ea esse non posset, prout est confirmatio et
translatio iuris in illo beneficio in quo non potest queri ius si
ne institutione canonica regula prima de reg.iur.in vj.posses=
sio uerò bene potest haberi sine illo iure c.in literis c.Item cū
quis de resti.spoli.& in dicto loco Aret.impugnat dictam de
cisionem.iij.in no.de resti.spol.quā tamen defendit Soci.ab im
pugnationibus Aret.in l.rem quæ nobis.ix.q. principali.ff.de
acqui.pos.ad doctrinā Inno.& aliorū in c.ut nostrum de ap=
8 pella.in c.inter dilectos de exces. præla.q̄ appositio † manus
papæ ex certa sciētia inficit omnia quæ in contrariū fuerint,
& q̄ decretū ligat etiam ignorantes. Videtur ex prædictis re
sponsum non procedere generaliter in omni decreto in casu
spolij considerabat etiā pro conclusione unus ex dominis q̄ in
9 beneficialibus restitutio † non datur absq; ti.colorato secun=
dū Inno.in d.c.in literis, ne detur uitiosus ingressus c.unico de
10 eo qui mitti.in pos.causa rei ser.in vj.& cū titulus † sit noto
riè nullus sola possessio nō operatur.pro quo facit quod Bal.
in l.

in l.j.C.si de momē,pos.fue.app.ij.col.q, in possessorio bñeficij oportet allegari titulum.& idē si allegatur possessio.iurisdictionis quia iuris adminiculū desiderat,ideo mixtum est possessoriū.Sed supra dictū est Rotā non seruare quando notoriè cōstat de nō iure in proprietate.Itē sufficit titulus coloratus licet aliás nullus qui quādo sit talis uel non tradit Abb. post alios in c.cū nostris de cōces.præbē.ult.col.Itē nō diceretur cōstare notoriè ex productiōe regulæ si uera sunt motiua Are,in d.§ nihil cōmune super quo notorio,quoniā ampla est materia,uideatur Bar.in l.scriptus.ff.de reli.& sumptu.fune. & c.uestra.et ibi Abb.de cohab.cle.et mu.ad regulas de beneficijs collectorū &c.fuit dictū pro conclusione q, nō habent decretum sicut habet regula de qua in themate,propterea nō inficiunt.Audiui tamē à domino Thoma Regis quòd in literis prouisionis beneficiorum collectorū dicitur,dudū beneficia collectorū reseruauimus decernētes irritum &c.in forma sicut quādo prouidetur de uacan̄.in curia, quasi habeat regula tale decretum.pro quo facit,quia post regulas reseruantes beneficia plurimorum ponitur in ultima clausula decreti quæ uidetur despicere omnes præcedentes ad l.iij.§.j.ff.de libe. & posthu.ut dicamus quod omnes regulæ habeantur pro una lege loquente de reseruatione beneficiorum:& quælibet regula reputetur unus.§.cogita quia quatuor domini contra conclusionem senserunt,& est dubius passus.

II. Decis. SVMMARIVM.

Decretū super certo tempore beneficij inficit possesionem & in regressu & accessu,ac coadiutoria cum futura succesione.secus in decreto alternatiuè concessæ ordinario & hoc in decreto

beneficij

beneficij vacaturi non in prouisione vacantis.

EPITOME.

1 Decretum papæ appositum in reseruatione speciali super certo corpore beneficij inficit titulum & possessionem, nec datur restitutio aduersus decretum.
2 Eadem ratio militat in literis accessus & regressus ac coadiutorie cũ futura successione quæ in reseruatione speciali.
3 Decretum Papæ in alternatiui concessa episcopo appositum quare non inficiat sicut in reseruatione?
4 Alternatiua in beneficialibus quid sit?
5 Inhibitio apponitur in reseruatione ad vacatura insimul cum decreto non in vacanti.
6 Decretum habet implicitam inhibitionem & inhibitio decretum.
7 Decretum & inhibitio equiparantur in iure.
8 Prouisio dicitur esse magis notoria q̃ reseruatio.

DECISIO II.

Decisio tertia in no. de resti. spo. de qua in proxima cõ-
1 *clusione q. quando sumus † in speciali reseruatione de certo corpore beneficij uacaturi ut decretum appositũ in ea inficiat etiã possessionem & nõ sit restituibilis. procedit etiã*
2 *in literis accessus & regressus † ac coadiutorie quæ solet con cedi cum futura successione quia de iure nõ ita dabatur patet eo. ti. de cleri. ergo. & c. grandi de supplen. negli. præla. in vj. prout in duabus causis coram domino Marti. de Spinosa fuit cõclusum quia militãt in eis rationes quæ in reseruatione: sed*
3 *cõtrariũ fuit dictũ in decreto † alternatiuæ concesse episco- po in una coram domino Paulo de capisuchis de mense Maij 1521. ea consideratione quia est super incerto & non noto rio sicut decretum in corpore iuris & regularum quæ publi-*
4 *cantur in cancellaria. Item quia † alternatiua nõ est prouisio de aliquo beneficio sed facultas prouidendi cum remotione ob staculorum, licet ex aduerso faciat q. ita alternatiuè habet de cretum cũ inhibitione in sex mensibus sicut regula de qua in proxima conclusione. Itẽ quod nec dicta regula prouidet, sed*

inhibet,

inhibet, & decernit & simul cũ alternatiua est consideranda regula qnod episcopus nõ põt uti alternatiua si prius usus fuerit regula de quatuor mẽsibus. ergo si usus nõ fuerit irritũ est ꝙ fit ab alio etiã si episcopus nõ ꝓuideat in illis sex mensibus, ut inquit Fely. c. cũ ex offici. de rescript. ult. col. Sed ad dictum Fely. fuit respõsum quod procedit ut operetur decretũ respectu proprietatis nõ possessionis. regula uero nõ fuit cõsiderata ex quo inhibet & decernit nullũ usum quatuor mẽsium post usum alternatiuè & ecõtra quæ ad ordinariũ habentem alternatiuã. Et intellige in decreto beneficij uacaturi nõ in decreto ꝙ apponitur in prouisione beneficij uacãtis quia istud nõ inficit possessionẽ. Et cũ huius dicti peteret rationẽ unus ex dominis quidã dicebãt hoc esse propter inhibitionẽ

5 † quæ ponitur in reseruatione ad uacaturũ simul cũ decreto quæ nõ apponitur in prouisione de uacãti pro qua differẽtia facit quia in c. Si eo tẽpore de elect. in vj. dicitur ꝙ Papa inhibuerat & decreuerat irritũ &c. Sed nõ uidetur cõcludere quoniã iura et doct. decretũ irritãs põderãt ad infectionẽ absꝗ eo ꝙ uelint inhibitionẽ cũ decreto esse necessariã. De decreto cum inhibitione est etiã tex. in d. c. si hij cõtra quos ut lit. pẽd. in vj. de inhibitiõe sine decreto in l. nõ dubiũ. C. de legi. decretũ

6 † enim habet implicitã inhibitionẽ & inhibitio implicitũ decretũ cum sufficiat legislatorẽ aliquid inhibuisse uel irritum decreuisse absꝗ; inhibitione expressa, ut in d. iuribus ad hoc quia in terminis cle. unice in. § secus de conce. preben. sufficit sola reseruatio & acceptatio tẽpore limitata cũ decreto. nec est necessaria inhibitio cũ solũ sit necessaria quãdo in iure exprimitur

7 c. tibi qui. de rescrip. in vj. alias decretũ † & inhibitio executoris equiparãtur ut in c. si soli de conce. prebẽ. eo. lib. ita dicit Imo. post glos. in d. clemẽ. vj. Alij considerabant ꝙ reseruatio est de

est de iure uacaturo. Et quòd post uacationem apprehēditur possessio, & sic decretū est ante uacationē: prouisio uerò est de iure uacaturi: quæ nō ita afficit. Sed hoc nō est generale: nā respectu possessionis quæ apprehenderetur post diē prouisionis de uacāti ita deberet operari decretum in uacanti, sicut in uacaturo, & tamen nō operatur. Et reperio quod Rota. Bisignet. in antiq. vij. & in antiq. xxv. de cōcess. præbē. dicit nō uidere rationē diuersitatis inter uacantia & uacatura quando uenit casus uacationis, licet in casu decisionis xiiij. ut lit. pēdē. in no. consideretur differentia. sed non tenetur, & consideratio est de uacāti ad uacatura respectu puræ & cōditionalis dispositionis. Alius dixit q ratio est, quia in reseruatione de uacaturo decretū est notoriū: & istud quod inficiat operatur notorietas quæ nō est in decreto de uacanti. Sed dubitari potest in quo cōsistat huiusmodi notorietas, siquidem in eo quod ex discussione & productione statim potest cōstare notoriè de nō iure agētis possessorio absq; aliquali discussione c. in literis de restitu. spo. prout in una consideratione habetur in d. decis. iij. in no. de restitu. spol. ij. col. utiq;. Idem erit in discussione & productione prouisionis sicut reseruationis si in eo quod producātur iura ante suspensionē petitorij, ut cōsiderat Egi. deci. cccciiij. cū se. Et utroq; casu possunt produci & nō est differentia si in hoc quod de uacaturo est magis certum q̃ de uacanti apud papā posset esse magis certū qui scit q ei, cui reseruando prouidet ius cōpetit & non alteri: & est certus q nullus inferior quicq̃ in tali beneficio potest non sic in prouisione de uacanti, quia licet papa prouideat cū decreto, potuit ordinarius in partibus antea prouidisse quòd papa ignorat, et similia quæ facti sunt. c. j. de cōsti. in vj. Sed ex hoc non surgit notorietas: maximè si inspicimus omnes alios à papa magis

est

5 *est notoria † prouisio de uacāti quæ trāsit ordinariè per multas manus & solitas c.ad audiētiam.j.de rescrip.q̄ reseruatio quæ p pauciores,& ut plurimum fit occultè & sine supplicatione uel quādo cū ea nō semper registratur: nisi dixerimus q̄ papa in decreto ad uacaturū respectū habet nedum ad titulū sed ad possessionē:quia supponit Titiū possidere nō in decreto de uacāti,in quo nihil tale considerat: cū posset credere ex experiētia q̄ aliquis in partibus possessionem habuerit,quando extra curiam uacatio datur ut sic non apponat decretum nisi pro Titio.Sed nec istud cōcludit ex quo in prouisione mandatur prouisum poni in possessione,& papa præmissa non aduertit.ex quibus patet,& in hoc passu,& in proximis decisionibus huius materiæ uix apparere rationem concludentem pro decisionibus nec contra decisiones.Ideo considerandum ultra ne cogantur recurrere ad.l.non omnium.ff.de legi.*

III.Decis. SVMMARIVM.

In possessorio recuperandæ in beneficialibus via attentatorum probatio tituli colorati nō est necessaria.sed si de non iure petentis notoriè cōstet,non reuocantur attentata ad eius instātiam licet ex iudicis officio reuocari possint & soleāt.

EPITOME.

1 Restitutionem petens in iudicio via attentatorum an teneatur docere vel allegare titulum coloratum?

2 Restitutionem petens in iudicio via attentatorum quid probare sibi sufficiat?

3 Attentatorum iudicium & recuperādæ in quibus differant remissiuè.

4 Si notoriè constet de non iure petentis,an ad ipsius instantiam reuocari debeant attentata.

5 Possessor licet de eius iure non costnet nō est amouendus quin potius absoluendus si de iure actoris non appareat.

6 Attentata ex mero officio iudicis reuocari possunt.

Decisio

DECISIO III.

1 PEtens restitutionē beneficij † attentatorū iudicio an obtineat si non coloret titulū Egi.decis.cclxxxvj.dicit q̧ nō cōtrariū uult Rot.decis.ij.in no.de restit.spo.Et ista fuit in obseruātia palatij meo tēpore ne dū in meris attentatis ut ante omnia reuocentur sic ut debetur in pristinū reponi statū c.ad præsentiā c.bone.de ap.& c.nō solū.eo.tit.in vj.& si est res iudicata super attentatis executioni ante omnia demandari debet anteq̄ ueniatur ad negotiū principale.Inquit Rot.decis.ij. de re iudi.in no.Verū etiam si agatur spolio lite pen.facto,ut idē Egi.sibi contrarius inquit decis.xlix.allegans c.cū.M.Ferrarieñ.& ibi no.per Io.an.de consti.ea ratione quia in attētatis magis inspicitur contemptus superioris lesio partis ac iuris c.cordi.in fi.de ap.in vj.Item integritas status causæ cum
2 sufficiat † probare petentē simpliciter possedisse beneficium ut in dictis iuribus.& in c.ex parte à.de testi.q̄ ius agentis.Et hoc est quod ponderat additio ad d. decis.ij. dicens satis esse probare solum statum causæ. & q̧ iste est unus mirabilis effectus ac differentia inter attentatorū iudicium & interdictū
3 recuperande.& ibi colligit differentias † quatuor. Abb.uero in d.c.bone.col.vj.cū se.ponit quinq;.Phil.autē Franch.col. iiij.colligit septem,ubi etiam affirmant prædicta teneri cōmu
4 niter declarando materiā.Sed si notoriè † de non iure petētis restitui constaret,tunc sunt decisiones plures Egid.ccclvj.ac cccxciij.& .ccccclij.Item Rotæ.vij.in antiq. & . ij.in no.ut lit.pend.& habetur etiā dic.decis.ij.de resti.spol.& decis.xij. de causa pos.& proprie.in antiq.q̧ ad ipsius instantiam non fit attētatorū reuocatio etiā per uiā attentati ne iudex petentem auctorizet in delicto secundum glo.Inno.in c.significasti de diuor.ut dicit Rota in antiq.de resti.spo.xiij.pro quo cap.

cum

cum inter R.de elec.ubi nullus auditur appellans,nisi eius interſit.c.cum ſuper.de re iudi.c.à collatione.iuncta gl.de app. in vj.nec etiã cõmunis ordinatio eccleſiæ impeditur per eum cuius non intereſt.c.ex ore.de his quæ fi.à ma. par.cap. & in terminis ne cum peccato detur ad beneficiũ uitioſus ingreſſus. c.j. de eo qui mit.in poſſ. cauſa rei ſer.in vj. Accedit doctrina Inno.in c.conſtitutus.de fil.preſby. Et iſtud quòd reus
5 † de cuius iure non conſtat non eſt à poſſeßione amouendus. Si etiam de non iure actoris apparet,quin potius abſoluendus. l.loci.§.fi.ff.ſi ſer.uendi.l.qui accuſare.de eden.& l.fi.C.de rei uen.& eſt deciſio.iiij.in no.de re iudi. & hoc ut notorius defectus iuris obſtet in beneficialibus, eſt cõmune ſecundũ But. in d.c.bonæ.col.pe.Domi.in c.ad decimas de reſti.ſpoli.in vj. col.iij.ac Phil.Franch.in d.c.bonæ.in vij.differentia. ubi uide de materia,& quid in alijs.Et pro hoc deciſiones Rotæ.ij.& xxiiij.in antiq.de reſti.ſpoli.uolẽtes ut obſtet in beneficialibus ſubijcieñ.quod ſecus uideretur in re prophana.ad idem Abb. in c.ſolicite,& in c.in literis.eo.ti.ubi dicit in col.pe. differri reſtitutionem & admitti exceptionem, quando ita eſt notorium,quòd certum eſt uel ſatis uerisſimile nullum ius competere.Alex.in iij.q.j.c.ij.col.iiij. hoc cumulat in beneficialibus matrimonialibus & ſimilibus.& ibi de materia. Bene uerum
6 eſt quòd ex † officio iudicis poſſunt talia attentata reuocari ut in allegatis deciſ.& deciſ.v.ut lit.pend.in antiq. & ita obſeruat Rota,et quãdo reuocat cõtemptũ animaduertit,& ſolet ſequeſtrare abſq; eo,ꝙ poſſeßio reſtituatur notoriè ius non habenti prout.d.deciſ.ij.tenet Ant.de bu.& Phil.Franc.in allegato c.bonæ.& no.etiã ꝙ nõ reſtituitur ſpoliatus,qui fuerat poſſeßionem lite pend. aſſecutus ſecundum Rotam Biſignet. deciſ.iiij.in antiq.de reſti.ſpo.& xvij.in antiq.

IIII. *Decis.* SVMMARIVM.

Vtrum resignans beneficium in fauorem Titij posset agere interdicto recuperãdæ possessionis contra tertium,& vide quomodo intelligitur illud, neminẽ posse sibi mutare causam possessionis,nisi causa extrinsecus superueniat.

EPITOME.

1 Exceptio renunciationis an obstet agenti interdicto recuperandę contra tertium,qui eum spoliauit post resignationem factam in fauorem alterius?

2 Renuncians beneficium licet amittat possessionem iuris,tamen si incumbit possessoni realiter & de facto,si à tertio spoliatur est restituendus.

3 Renuncians beneficio an non solum abdicet à se dominium, verum etiam ciuilem & naturalem possessionem.& nu. 10.

4 Violentus possessor si incontinenti fuit deiectus non aget spolio.

5 Successor non tenetur iustificare titulum sui prædecessoris triennalis pacifici.

6 Renunciatio facta per spoliatum post spoliationem an sit impedimento si vult agere ad restitutionem?

7 Restitutio in beneficialibus non competit sine titulo colorato, ne detur vitiosus ingressus.

8 Possessor non tenetur ostendere titulum suæ possessionis alicui,nisi sit ordinarius.

9 Agenti possessorio in quibus terminis obstet exceptio renunciationis etiam ex causa permutationis.

10 Renuncians amittit omnem possessionem, si postea incumbit animo continuandi,illam de nouo acquirere videtur.

11 Possidens quomodo possit mutare causam suæ possessionis?

12 Accumulari an possit quis possessionem possessioni, sicut accumulatio permittitur titulorum?

DECISIO IIII.

*FVit dubitatum corã do.Io.Staphileo 1 5 1 6.in una Segobieñ.archidiaconatus an.*N. *de Roias qui cesserat archi-*
1 *diaconatui† ut prouideretur.*T.*cui fuit prouisum, & postea incubuit possessioni & à tertio fuit eiectus,posset agere ad recuperandã possessionẽ cõtra tertiũ,& maior pars dominorũ inclinauit quòd sic per decis.j.de renũ.in no.&* Inn.*in c.super*

hoc

2 hoc ac Cal.consi.iiij.eo. tit. ubi dicitur quòd licet † perdatur possessio iuris nihilominus cedēs potest incūbere possessioni realiter & de facto inquit deci.Et si spolietur tali possessione restitueretur,quia secundū Cal.incūbens postea posset retinere naturalem,sed perdet ciuilem.Sed contra.T.non posset cum ad eum uoluerit trāsferri etiam possessionē non ad aliū.& ita fuit iudicatum.Nam domini libenter iuuarunt cedentem, quia is qui deiecerat capiebat archidiaconatum uigore cuiusdam gratiæ exorbitantis quæ male olebat,ut patet in registro causæ huius.Aduertendum tamē in themate & materia quia per
3 cessionē † beneficij abdicat quis à se dñium & possessionē. Ita Inno.in d.c.super hoc & idē Io.And.Imo.& Abb.in c.solicitè de resti.spo.est tex.in l.iij.§.in amittēda.& l.siquis ui.§. differentia.ff.de acq.pos.ubi & Alex.infert ꝙ renunciās beneficio uidetur etiā renūciare possessioni beneficij quod procedit nedum in possessione ciuili,uerum etiam in naturali.solo enim animo utraq; perditur etiā priusquàm quis exeat de fundo dūmodo habeat animū discedēdi prout habet cedēs iuri secundū Alex.in d.§.in amittenda.ubi tex.solū animū cōsiderat & incipiēdo ab animo,omnis possessio amittitur,dicit ibi gl.quā sequitur Bar.& alij cōmuniter secūdū Alex.ibidē fit ut nequeat cedēs agere spolio deficiēte primo extremo ut no. in c.cōsultationibus de offi.delega.Nō ob.dictū Inn.in d.c.super hoc.quia non loquitur in beneficialibus sed in prophanis ut constat ex iuribus allegatis secundum quod debet intelligi. l. imperator. de indi.adiec. & Bart.in l. non solum. §. si liberationis. ff. de lib.legat.Ideo Abb.in d.c.solicite declarās dicit ꝙ nō spoliatur qui statim post renūtiationē eijcitur seu nō admittitur ex quo per renunciationē spontaneā amisit dominiū & possessionem
4 sicut ille non agit interdicto unde ui qui uiolenter † cepit

k 2 posside

poßidere & incontinenti fuit spoliatus.l.iij.§.cum ergo.ff.de ui & ui ar.c.olim.j.de resti. spo. Sed si post cesionē incubuit possessioni,& ex interuallo deijciatur potest,prætēdere spoliationē cum etiā is qui cepit poßidere non poßit ex interuallo expelli:& si appellatur poterit intentare interdictū.Ita ait Inno.in d. c. super hoc cuius dictū in beneficialibus non putat uerū,ex quo obstat cedenti exceptio defectus proprietatis notoria,quæ impedit restitutionem petentē secundū eum.c.constitutus.& ibi Inno.de filijs presby.& idē Abb.in c. in literis col.pe.de resti.spo.dicēs differri restitutionē & admitti exceptionē qñ ita est notoriū, ꝙ certū est uel satis uerisimile nullū ius cōpetere petēti restitui.& Alex.iij.q.ij.c.ij.col.iiij.loquēs in beneficialibus matrimonialibus & similibus. & uide in decisione incipiente petēs restitutionē sub hoc tit.& ut lit.pend. Credit tamē uerum ꝙ si longo tēpore post ceßionē steterit in possessione,tūc præsumetur iusta,quia potuit acquirere ius de nouo quod est uerisimile ad c.illud cū materia de præsump.Et quia ordinarius non sustinuisset eum sine titulo tanto tēpore, ut Lap.allegatione.lxxxix.Mil.in uerbo beneficiū impetrans. Et Anch.consil. cxvij.ex quibus patet quòd dictum Inno. potest procedere in beneficialibus (ut dixi de eis non sentiat) in casu possessionis longi temporis, & hodie si triēnio post cessionē possedisset,ex quo Lap.allegatio ad id tēpus in practica restringit meo tēpore,ut sufficiat † ꝙ prædecessor pacificè
5 triennio possederit ne successor cogatur iustificare eius titulum,& in proposito,quòd præsumatur in tali tēpore titulum superuenisse,ad quam interpretationē facit regula de triēnali possessore non molestando ut in decisione incipiente Lap. allegatio sub tit.de causa.pos.& proprie.In minori uerò tēpore sustineri nequit,quia ultra prædicta etiā contra d.c.solicite quod

6 quod ꝑbat † clarè impediri restitutionē si spoliatio anterior renũciatione nõ sit impedimento. Proprio nãq; facto atq; cõtractu perfecto amittens possessionem non habet etiam remedium.c.reintegranda.iij.q.j..ut incipit Soci.in l.rem quæ nobis in ij.q.prin.col.pe.ff.de acqui.pos.decis.j.de renũ.non ob. quia uerũ est cum qui liti causæ ac beneficio renunciauit teneri ad fructus, si possessionē de facto nõ amittat.ad dimitendũ autem tenetur,neq; potest retinere aut fructus percipere,ut dicit Io.And.in c.fi.de renũ.& ibi omnes in hoc cõcor.cum his quæ cõsideraui.& facit contra id quod est tentũ, cũ propterea teneatur,quia sine titulo et quia de facto tenuit quod est sine iure, & re ipsa sicut quilibet alius etiã laycus incapax qui detinuisset,potuisset percipere fructus,& teneretur ad restitutionē uel habenti ti.uel ecclesiæ.c.fi.cũ ibi no.offi.ordi.in vj. cum ad eũ nõ spectēt spoliatũ omni tit.sine quo canonico obtineri nõ potest beneficiũ.c.j.de reg.iur.in vj.& certum sit ad
7 aliũ pertinere.l.cum querebatur.C.unde ui.nec restitutio † in beneficialibus cõpetit sine titulo colorato ad no. Inno. communem in d.c.in literis de resti.spo.quã obseruat palatium,licet Abb.ibi cõtra.& Lap.allegatione. lij. lætatus sum in fine saltē ex Rot.decis.vij.in no.de proba.Imo sine colore ti. nõ fit restitutio Egi.decis.xlix.cum se.& xcix.de quo in illa decisione incipiente quãuis ad canonizationē sub eo. ti. & est etiam decis.v.in antiq.de resti.spo.quæ dicit quòd hanc partem seruat curia Rom.& decis.xx.eo.ti.Idē cõcludens in causa spirituali,& hoc ne aliâs daretur uitiosus ingressus. c. unico de eo qui mit.in pos.causa rei ser.in vj.et quia iuris adminiculũ desiderat.dicit Bar.in l.unica.C.si de mo.pos.fue.appe.col.ij. ex quo apparet Inn.in loco allegato per Rotã.in prophanis loqui.Et per hæc omnia respondetur ad illud q d' sine executore

*quis nequeat possessionem ingredi.c.eum qui de præben.eo li. cum materia.nec sine citatione quẽquam à poßeßiõe amoueare.l.meminerint. C. unde ui.c.licet episcopus de præbẽ. in vj. nec sibi ius dicere.C.ne quis in sua causa ius di.in rubro & nigro quia satis est quomodocũq; sit habita possessio seu facta eiectio,q eiectus agere impediatur cui absq; titulo saltẽ colorato nõ detur restitutio ad possessionẽ seu detentationẽ in beneficialibus.*Nec ob.quod Cald.ait in d.cõsi. iiij.& But. in d. c.solicite.q.ult.q incũbendo retinetur naturalis,qa utraq; est perdita ut est ꝓbatũ.Et nõ cadit retẽtio nec etiã naturalis iũcta etiã cũ ciuili sufficeret sine tit.in ꝓposito neq; ex possessione unius aut duorũ annorũ cautũ reperitur præsumi ti.l.Lilam.C.de colla.& ut est dictũ tex.sunt aperti. in d. c. solicite. & c.accepta.eo.ti.simpliciter loquentes nec distinguentes an postea cedẽtes incumbant possessioni statim uel ex interuallo per quod & sequẽtia tollitur qd' sub dubio forte tẽtat But.in d.c.solicite in fi.nec an ꝓuisus aut tertius reperiatur possessor

8 †qui nõ habẽti tit.coloratũ neq; aliquẽ titulum:etiam si esset prædo potest dicere quo ad te liberè poßideo.l.loci corpus.§. fi.ff.si ser.uendice. quæ exceptio realis est aduersus quẽcunq; ti.non habentẽ,nisi sit ordinarius q tenetur inquirere.c.ordinarij de offi.ord.in vj.& potest deijcere nõ habẽtẽ titutũ,cui non obst.regula de triẽnali secundũ Abb.in c.dilecto de præb. Fely.post alios in d.c.illud de præsumpti.et in c.sicut de re iudi.& domi.in d.c.ordinarij,& idẽ Inn.in d.c.super hoc inqt.

9 quòd in his † terminis agenti poßeßorio ob. exceptio renũciationis,& ita adducit eum additio ulti. ad deci. tertiã de resti.ſpo.in no.& uoluerũt etiã indistinctè decisiones secũda in no.de re.permu.q resignãti etiã ex causa permutationis nõ cõpetat unde ui nec reintegranda & allegat etiam Innoc. in d.

c.super

c.super hoc & quarta de renuncia.in no.etiam in resignatio-ne de beneficio reseruato facta in manibus ordinarij & secū-da in anti.cum alijs. ergo sine distinctione accipiamus. l. de pretio. ff.de publi.Et ex his constat non competere interdi-
10 *ctum,& quòd per renunciationem † est amißa omnis posses-sio quod si cedens incumbat postea non dicitur cōtinuare sed magis poßet dici de nouo acquirere,si quā poßeßionem quæ-rat ex eo quòd animus cōtinuandi operatur nouam acquißi-tionem secundum* Bar.Ang.Inno.& Alex.*in l. iij. in princ.ff.*
11 *de acqui. pos.aliàs poßidens † non poteſt sibi mutare causam poßeßionis nisi causa extrinsecus adueniente.l. cum nemo. C. de acqui.pos.& solo animo non potest desinere quis poßide-re ex una causa retenta poßeßione & incipere poßidere ex alia,sed opus est ut alteri tradat & à se abdicet.quoniam anti-qua poßeßione remanente impoßibilis est mutatio, & quòd ex noua causa poßideatur tex. est singularis in l. qui bona. §. fi.ff.de acq.pos.quē ita declarāt ibi* Rapha.cu.& Pau. de Ca. ac Ang.*in.§.nouißimè insti.de usu. quidquid dixerit* Bisignet. *deci. j. de resti spol. in antiq. referendo opiniones de antiquo possessore &c.quia nisi desinat poßidere ut supra non est di-*
12 *cendum quod de nouo poßideat,sed magis acumulet † posses-sionē poßeßioni secundū* Pau.de Ca.*in d. c. fi.quemadmodum permissa est accumulatio & multitudo titulorū post electio-nem de conce.præben. & ibi* Abb. *& eandem rem possumus ex pluribus causis poßidere.l.iij.§.ex pluribus.ff. de acq. pos. licet non sit curandū an cōtinuaret,accumularet,aut de nouo quæreret in casu de quo quæritur in quo poßeßio sine ti. non sufficit in interdicto unde ui.*

V. Decis. SVMMARIVM.

Remedio Canonis reintegranda non obstāt

 in bene

in beneficialibus regula de triennali, nec allegatio Lap. lxxxix. neq; doctrina Abb. in c. contingit de do. & contuma.

EPITOME.

1 Spoliatus etiam post longissimum tempus potest agere remedio canonis reintegra etiam contra quencunq; successorem.
2 Regula de triennali nec allegatio Lapi. lxxxix. non defendunt spoliatorem, nec in vicium succedentem.
3 Obliuio quo tempore inducatur?
4 Sententia in beneficialibus non tribuit ius, licet transeat in rem iudicatam respectu partis contra quā est lata, non autem superioris.
5 Regula de triennali non vult aliquem in petitorio, nec possessorio molestari.
6 Regula de triēnali nō habet locū in eo, qui obtinuit causam cōmitti.

DECISIO V.

IN una Fesulana parrochialis coram domino Iacobatio erat casus, quòd unus tenuerat cum ti. pacificè parrochia-
1 *lem per aliquot annos, & successiuè alij quatuor usq; ad † annos triginta, tituli enim erāt actis. ille qui primo tenuerat agebat spolio petēs reintegrari: fuit cōclusum à maiori parte quod non obstaret ei cursus lōgissimi tēporis, ut in pxima decisione nec allegatio Lap. lxxxix. cū qua Mil. in uerbo beneficiū impetrās & Anch. cōsi. cxvij. Cum sequacibus de quibus in alia decisione super intellectu dictæ allegationis, scilicet quòd nō tenetur quis iustificare titulū sui prædecessoris pacifici. Inci-*
2 *pit allegatio Lapi, minus regula † de triēnali possessore non molestando parās exceptionē pacifico possessori. Nec doctrina Abb. in c. cōtingit col. iij. de dol. & cōtu. Cum hæc nō procedant in Spolio quod no. Sed aduerte quia Abb. in d. c. loquitur indistinctè non se restringēs ad proprietatem & materia ibi est proportionabilis ad possessorium & petitorium, dum dicit Abb. quod Clericus bonafide & tit. poßidens beneficiū alterius per decennium inter præsentes & annos. xx. inter absentes*

absentes præscribit in præiudicium ueri rectoris. allegat Ioã. an. in simili in regula sine possessione de regu. iur. in vj. in mer eur. Et quia ex lapsu tanti temporis uidetur quis habere beneficium pro derelicto in sui præiudiciũ ad no. in l. si de eo. §. j. ff. de acqui. pos. Vbi etiam Alex. col. ij. dicit ꝙ ciuilis possessio perditur ob negligentiam tanti temporis ex quo resultat obli
3 uio. † Et est quando per decennium quis per se, uel alium non accedit ad naturalẽ possessionem secundũ Paul. de cast. in l. in prim. col. iij. eo. titu. dicitur enim perdere ait Abb. potius ex facto suo q̃ possidẽtis, qui nec acquirit ex natura rei impræscri-
4 ptibilis adducẽs simile de sentẽtia † quæ transit rem iudicatam respectu eius, cõtra quẽ est lata, non cõtra superiorẽ, qui potest inquirere de defectu tituli, ex quo ius non tribuit c. j. cum ibi not. etiã per Abb. de cõcess. præben. subiungens istud esse notandum. quoniã si uerum est, nouũ est, atq; mirabile dictum et satis coloratum: uideatur tamen Soci. in l. rem quæ nobis. ij. q. principali uer. secundo dubitatur. ff. de acquiren. possess. dum inquit ꝙ negligentia decẽ annorũ amittit quis possessionẽ & remediũ Canonis reintegrãda. iij. q. j. ergo nisi probetur diligẽtia aut accessus ad naturalem, seu aliud excludens obliuionem uidetur ex adductis hic & in cõclusione proxima dubiũ quòd simpliciter super dicto Canone est in utraq; tentum. ideo ulte
5 rius cogitandum & quoad regulam de † triennali facit dubiũ quod regula prædicta extracta ex conci. Constantiẽ. approbata in conci. Basiliẽ. incipien. Quicunq; non uiolentus secũdum tex. ubi uult quod non posset triennalis possessor nec in petitorio nec in possessorio à quocunq; molestari: sed pro-
6 pterea dico in alia decisione, quòd regula † ipsa non habet locum pro eo, qui obtinuit committi causam: licet non processerit nisi ad decretum citationis dumtaxat. ubi rursum põderat,

& incipit uoluerunt domini in una Parmen.

VI. Decis. SVMMARIVM.

Vtrum remedium seu actio possessoria. c. rein tegranda. iij. q. j. competat perpetuò etiam vltra xxx. & xl. annos.

EPITOME.

1 Spoliatus quandocũq; potest petere restitutionem cum remedium canonis reintegranda sit perpetuum.
2 Tempus non debet esse in causa vt quis alienum detineat, & locuple tetur cum damno proximi.
3 Leges licitè allegãtur in foro ecclesiastico, nisi canonibus cõtradicãt.
3 Exceptio criminis cum infamia surreptionis, prouisionis, aut potestatis defectus, in prouidēte, an admittatur in interdicto adipiscendę?
4 Testamenti viciū inuisibile, non impedit hæredē mitti in possesionē.

DECISIO IIII.

Maior pars dominorum conclusit in una Brixieñ. corā do. Io. Antonio de triuultijs de mense Iunij 1521. litem
1 *† super possesione beneficij, non inducere litem in proprietate, neq; facere rem litigiosam, respectu tituli & iuris in beneficio: nec impediuisse ordinariū, quo minus potuerit prouidisse nō obstañ. c.j. & ij. ut lit. pen. in vj. cum cle.j. eo. ti. tanquàm ista uera & cōmunis opinio de qua tex. in auct. litigiosa ubi etiam Cy. & Bal. ac Bar. in l. ij. C. de litig. Inno. & But. in c. cū M. Ferrarieñ. de cōsti. Io. An. & Abb. in c. ecclesia sanctæ Mariæ & in c. fi. ut lit. pē. & dico plenius in illa decisione incipiēte Rota in antiq. tertia quod tūc demū res efficitur litigiosa qñ super dñio uel quasi prout in beneficialibus est mota quæstio nō si super sola possesiōe quo casu possesio fit tantū litigiosa & quasi dominiū possesionis nō ꝓprietatis ut But. & Abb. declarant in c.j. de cōfir. uti. uel inuti. & d.c.j. & ij. ut lit. pen. in vj. non loquuntur in lite super possesione secundum*

Io. An.

Ioan.And.in d.c.ij. ac Pau. & Car. in d.cle. & alios quos ad utrunq; refert Mil.in uerbo litigiosa res fit.Nō ob.q tres domini pro cōtraria parte allegabāt Abb.in c.literas de iure.ca-
2 lum.q quæstio possessoria beneficialis † sit spiritualis & fori ecclesiastici quia in his terminis secundū eum dicitur quasi spiritualis,sed esto quod esset spiritualis uel quasi & fori ecclesiastici ut dicebā,aliud est esse de foro ecclesiastico et spirituali aut quasi uel mixtū aliud quod res ipsa seu rei possessio etiā spiritualis dicti fori sit litigiosa,nā ratione mixturæ spiritualitatis ut in iurepatronatus, uel quia saltē de colore tituli sit uidendū ut in possessorio recuperādæ & similibus c. quāto de iudi.& Inn.in c.literis de resti.spo.& ex alijs causis de quibus per Abb.in d.c.literas,causa tam possessoria q̄ petitoria ꝑticipat in aliquo aut sit tota spiritualis & sic iurisdictionis ecclesiasticæ,non autē propterea res ipsa litigiosa cum de spiritualitate causæ & fori ecclesiæ nō inferatur ad rem litigiosam l.naturaliter.§.nihil cōmune.ff.de acqui.pos. l. neque natales.C.de ꝓba.& c.in præsentia eo.ti.nec refragatur Bisignet.in antiquior.decis.iiij.de resti.spo.quia in principio dicit quòd lis erat super petitorio ex quo litigabatur de beneficio q̄uis postea dicatur pronūciatū in possessorio.hoc enim potuit cōtingere uel ob suspensionē petitorij uel remanēte aliâs indecisa lite super petitorio c.pastoralis de cau.poss. & proprie.& tunc procedunt d.c.j.& ij.quādo uerò loqueretur deci.Bisignet.de causa solius possessorij fuit tentū cōtra eā propter cōmunem sententiam ut supra. & hæc pars mihi placuit non obstañ .quod Lap. quem refert Mil. in d. loco uoluerit oppositum & ex æquitate Mil.ut ait idem tentet circa finem licet non uideatur firmare pedem : nec etiam obstat si essemus
3 in interdicto † adipiscendæ possessionis in quo disputatur

de ti.& obstat agenti exceptio criminis cum infamia c.attendēs de accus.& ubi allegatur subreptitia prouisio seu per falsas obtēta,aut potestatis defectus in prouidēte,nō prius prouisus possessionē nācisitur q̄ de ualiditate tituli fuerit discussum.& admittitur exceptio defectus proprietatis si incontinenti offeratur,& plures aliæ de quibus, & in materia Abb. in c.cū olim pe.& ulti.col.de causa pos. & ꝓprie. & in c.cū olim col.ult.de do.& cōtu. quoniā sufficit principaliter agi de possessione etiā si aliqualiter in casu & casibus discutiatur titulus,sicut est dictū q̄, coloratus requiritur in interdicto recuperandæ,sed non ad effectum pronunciādi super eo, ut inquit Egi.decis.l. & xcix. & dico latius in illa decisione incipiente quāuis ad canonizationē tituli de resti.spo.& id inspicitur q̄ principaliter aut principalius agitur.l.qui exceptionē, & ibi glo.de condi.inde.l.j.& l.q̄ dicitur in prin.ff.de auct.tut.c.de cætero cū ibi no.de homi.Et ita ad propositū dicit Abb. in d. c.literas de causa quasi spirituali:quādo agitur de possessorio habēte causam ꝓprietatis annexā ex quo in tali est fienda aliqualis probatio super ipso iure, ut in restitutione cōiugis & similibus.Et propterea nō dicitur merè spiritualis cū principaliter tractetur de uiolētia non de iure ipso spirituali. Et ad hoc Mil.etiā in allegato loco,sed ꝓut dicit Abb.in c.cōstit.ij. de appel.col.ult.agēs adipiscendæ in beneficialibus intētat interdictū sicut hæres aut bonorū possessor effectus dn̄s rerum
4 hæreditariarū,& tamē uitiū † testamēti inuisibile nō impedit hæredē mitti in possessionē,& si appareat legitimus cōtradictor procedit sicut in l.ij.& l.fi.cum ibi nota.per glo.Bar.& Bald.C.de edic.di.adria.tol. Sed aduerte quia de anno 1526. de mense Martij dominus Iacobus Simonetta qui erat ponens dixit in quadam causa quòd lis super possessorio impediebat ordi

ordinariū, reprobata seu non tenta in hoc gl.d.c.j.ut lit.pend. in vj.in qua opinione erat etiā Ioā.Staphileus ex quo saltē requirebatur color, & sic aliquid attingebatur de titulo. Sed ad hoc supra responsum est, articulus non fuit aliter disputatus. ergo uerò dixi tentum in una causa contra opinionem prædictorum & erat ista & est uera & communis ut patet.

V. Decis. SVMMARIVM.

Lis in qua per annos xviij.aut viginti, vel circà nihil est actū, an dicatur neglecta taliter, quod non inducat effectus litis pendentiæ?

EPITOME.

1 Lis in qua nihil est actum per xviij.annos an impediat ordinarios & sit locus dispositioni c.j.&.ij.vt lit.pend.in vj.
2 Lis non finiri aliter q̄ per sententiam an recipiat aliquā limitationē?
3 Litis motio iniusta non inducit vitium litigiosi.
4 Tempus ad litem finiendam de iure canonico, quo ad litigantem non est præfixum.

DECISIO V.

1 E*Rat in una lite Giennē.beneficij quæ coram* D.Iacobo *Simonetta pendebat per annos* xviij.† *& forsan pluries cessatum in eius prosecutione absq; eo quòd fuisset ad aliquē actum præintroducta in litē processum, dubitabatur an esset neglecta, ita q. non impediret ordinarium, nec induceret uitiū litigiosi ad terminos c.j.& ij.ut lit.pen.in vj.& cle.j.eo. titu. ut habetur per totum.ff.&.C.de litig.& per* Egi.*decis.dccxlix.licet per appellationem, colligētem sex edicta in materia litis pendentis.*Et *idem de alijs effectibus iuris q. uera lis pendens operatur.& una pars dominorum inclinauit pro affirmatiua, per tex.iuncta glo.& doc.cum ea in uerbo non prosequitur in d.cle.j.item quia per decennium præsumitur ac inducitur obliuio l.peregrè.ff.de acqui.pos.gl.in l.j.C.de ser.fugi.*

m 5 &

& quod tenet Abb.in c.contingit de do.& contu.col.iiij.ibi. Secundò ex d.glo.no.& Soc.in l.rem quæ nobis in ij.q.princ. col.pe.ff.de acqui.pos.q̃ priuauit quis possessione negligentia anniorum decem.Sed dubitationem facit decisio Rotæ x.in no.ut lit.pend.per quã alij dñi dicebant cõtrarium ut non fi-
2 niatur † lis nisi per sententiam:uerum pro qua opinione facit quia in una coniectura ad præsumendum calũniosam ac dolosam litem sufficit l.dolum.iuncta glo.C.de dol.& c.ij.de renũ. in vj.quæ ex longi temporis diuturnitatè hoc est decẽnij.C.de præscrip.lon.tẽpo.x.uel.xx.an.& sic multo magis xviij.annorũ,colligitur ex quo non est uerißimile q̃ si instãtia esset aut dubitabilis aut ab omni malitia calumniaq; libera,fuisset tanto tẽpore neglecta,quæ sic uidetur pro derelicta habita cũ nemo iactare præsumatur l.cum de indebito in princ.ff.de proba.c. cum super hoc de renũ.Nec ius quod bona fide prætenderet, indiscussum tanto tẽpore derelinquere l.illud.ff.de peti. hære. quinimo potius dicendũ q̃ rediẽs ad cor conscius nõ iuris aut probabiliter diffidens à lite cessauerit.nam qui diffidit de iure suo debet dimittere rem quã tenet c.bonæ.el ij.iũcta gl.de post.u.præla.fortius nihil tenens sed petens tenetur discedere à lite si non expreßè saltem tacitè.Ex quibus arguitur potẽs cõ-
3 iectura qua stante litis † motio malitiosa non inducit uitium litigiosi secundũ Bisignet.decis.ij.de re.permu.in antiq.in fin. Itẽ qñ esset mota in fraudem secũdum Phil. Frãch.in c.j.po st prin.facit quod no.But.in c.significante de pigno.& Inno.in c.de cætero.de cle.nõ res.quando dicit de clerico procurante ire ad seruitia domini ut fructus beneficij recipiat, & plura cumulat Barbat.de causa procurata consi.lvij.cũ se.in prima parte cõsi.coadiuuatur hæc pars,quia per eã finis litibus imponitur quæ aliàs possent fieri immortales l.properandũ in

prin.

prim.C.de iudi.& c.finem litibus de dolo & contu.& c. iurgantium de re iudi.Sed aduerte quia illud quòd si nullus litem prosequatur lis extinguatur,intelligit Mil. in repertorio in uerbo litis pendentia nō finitur & c.si facta sit renuntiatio coram iudice ad no.per Cy.& Bar.in l.non solum.§.si liberationis.ff.de lib. leg.& in l.postq̄ liti.C.de pact.& But.in c.cum pridem.de pac.Cum aliàs ridiculū esset dicere q eoipso q superstes litem non prosequitur lis finiatur ex quo iure canonū
4 ad litem finiendam non est † certum tempus præfixū c.pen.de iudi.Subiungit tamen in uerbo lite pendente quo ad litigantem quod de animo ac mente partium q noluerit litē prosequi sufficit si constat quādo id exprimant in iudicio uel extra uerbo. Sed considera quia docto.allegati non dicunt esse renuntiationem necessariā in his terminis.Sed q d.l.postq̄ liti,loquitur in renūtiatione quæ fit in iudicio seu præsente iudice,licet ratio uideatur astringere etiā ex eo q lis fundata ex actore,reo,& iudice c.forum cū ibi no.de uer.sign.nō debet ita de leui ex sola taciturnitate tolli,maximè q̄a etiā interest papæ propter d.c. j.& .ij.cū d.cle.j.Secus in amißione possesßionis dependente à solo animo perdētis & cuius solius interest l.iij.§.in amittenda.ff.de acqr.pos.Potest tamē ꝑ prima opinione dici q sicut supstes solus potuisset expreßè renūtiādo,ita poßit tacitè negligēdo tāto tēpore q ex tali negligentia arguatur animus habēdi litē pro derelicta prout possesßionē,& beneficiū per iura & motiua adducta.& nó.per Abb.in d.c.cōtingit cum taciti & expreßi idem sit iudicium l.cum quid.ff.si cer.pet. uel saltem hoc procedat in terminis d.cle.j.ut Mil.in d.uerbo lite pēdēte prosequitur & declarat.Et ita maior pars in d.causa Gienneñ.tenebat nō esse impeditum ordinariū in conferendo propter eiusmodi litem per prima fundamenta,q̄uis in alia

.causa

causa memini fuisse tentam d.decis.x.Ita q. iuxta varietatē casuū facile est nunc concludi unum.nunc aliud cōtēplata ubiq; æquitate,atq; hominū & temporū malignitate,quēadmodum dico in decis.incipiente conclusit Rota referente ad materiā istius sub ti.de Causam tamen seu litem in causa Giennen. propter varietatem opinionum concordare studuit d.Iaco.Simonetta,& tandem concordauit ut ab eo audiui.

VI.Decis. SVMMARIVM.

Mortuo altero ex collitigantibus super beneficio procedi potest citatis interesse putantibus, etiā omisso procuratore defuncti domino litis effecto. Sed quando constat de aliquo certo cōtradictore non potest valide procedi,eo omisso citatis interesse putantibus.

EPITOME.

1 Mortuo altero ex collitigan.citatis sua interesse putātes per audientiam contradictarum proceditur.
2 Absentia procuratoris probata proceditur per audientiam contradictarum.
3 Procurator defuncti dominus litis effectus,in beneficialibus an citari debeat?
4 Proceditur per audientiam contradictarum cum procuratore minus sufficienti præfixo termino ad docendum de sufficienti mandato.
5 Coniuncta persona in causis beneficialibus,& spiritualibus etiam cum cautione de rato non admittitur pro coniuncto.
6 Processus per audientiam contradictarum contra interesse putan.inualidus reputatur contradictore legitimo apparente omisso.

DECISIO VI.

1 M*Ortuo altero ex collitigantibus etiam possessore dirigi potest petitio cōtra interesse putātes* † *inquit* Egi. *decis.clvj.& ita proceditur ipsis citatis per audientiā contradictarum,ut* Rota *deci.xiij.in no.ut lit.pend.& etiā procedi*

2 *tur per audientiā contradictarū absentia* † *procuratoris pro-*

bata

bata etiam ex causa recreationis decisio est v.in no.de iudi.& reo citato non cõparente,ut decis.xiiij.de do.& contu.in no. Sed in una urbeuetana prioratus sancti Spiritus,quæ corã me pendebat quærebatur an deberet etiam citari procurator de-
3 functi † qui ante obitum principalis erat dominus litis effe-ctus,uel omissis interesse putantibus esset omnino contra ta-lem procuratorem procedendum, quasi non esset reuocatus, ex quo nõ agebatur de causa ecclesiæ sed personæ,quia super titulo beneficij secundum intellectum glo.quem sequitur Car. in cle.si.q.j.de procura.Et uoluerũt domini q̃ bonus esset pro cessus factus per audientiam contradictarũ contra interesse putañ.q̃uis ad cautelam potuisset citari procurator,ad gloss. d.cle.dixerunt q̃ non est uera eius opinio uel non seruatur,de quo dubitaui aliàs prout posui mouẽdo in decisione incipien-te.Nota q̃ uoluerunt domini sub tit.de appel.potest etiã pro-
4 cedi † per audientiam contradictarum,& cum procuratore minus sufficienti simul præfixo sibi termino ad prouidẽdũ de sufficienti mandato.ait Rot.xviij.de do.& cõtu.in antiq.Sed ad cautelã fit quæ non obest l.testamentũ.C.de testa.nec abũ-dãs malã fidẽ inducit l.pe.C.de euic.facit c.bonæ.el.ij.de elec. non necessariò ex quo constat de insufficientia procuratoris,
5 cum in beneficiali causa † & spirituali non admittatur cõiun-cta persona pro cõiuncto etiam cum cautione de rato si non habet mandatum,ut no.in c.coram de offi.delega.& ibi Abb. col.ij.& in c.cum pridem col.iij.de pac. in c.accedens col.ij. de præbẽ.& est decisio Rotæ vj.in no.de procura.licet secus sit in prophanis l.sed & hæ personæ.ff.eo.& quando est du-biũ de mandato in l.j.C.eo.& de his ac materia per Abb.in d.c.corã.Si uerò esset mandatũ sufficiens cõstaret de legitimo
6 † cõtradictore & cõtra eum debere procedi nominatim uel

contra

contra eius procuratorem habentem sufficientem potestatem omißis interesse putantibus cõtra quos nequit ualidè procedi si omittatur contradictor de quo constet ad c.fi.cum materia de elec.in vj.& ibi Domi.col.iij.dicens q̃ quãdo est certus nõ sufficit uocatio per edictũ,sed requiritur specialis.facit glo.in uerbo nominatim in cle.j.de ui.& ho.cle.& auc.si omnes.& ibi Bald.& alij.C.si ut ab hære.se absti.Et no.quod dicitur in principio etiã possessore mortuo,quia nedũ sententia adiudicatoria uerum etiam absolutoria ualidè proferri potest in his terminis,ut noto in alia decisione incipiente dubitaui in causa Taurinẽ.ubi uideas motiua conferentia sub ti.de re iud.

De sequestra.poss.& fruct.

Primæ Decis. SVMMARIVM.

Ex sentẽtia super titulo beneficij in causa restitutionis lata pro eo,qui habuerat contra se prius rem iudicatã non decernitur sequestrũ. Vel sic, Sententia super petitorio beneficij lata quæ trãsiuit in rem iudicatã excusat à sequestro,licet fuerit executioni mandata,& postea in iudicio restitutorio feratur contraria.Idem de duabus & tribus cum re iudicata etiam absolutorijs.

EPITOME.

2 Sequestrum non decernitur quando restitutus aduersus rem iudicatã in petitorio,obtinuit sententiam pro se.

2 Clementina vnica de sequestra.pos.& fruc.in quo casu loquatur & intelligatur?

3 Restitutionis causa eadem cum prima reputatur,& coram eodem iudice terminari debet.

4 Restitutoria sententia contraria primæ reuocat expresse primam,aliàs non valet.

Decisio

DECISIO PRIMA.

OBTINVERAT quidam in una causa Elneñ. beneficij sententiam & rem iudicatam
1 in petitorio in auditorio † Rotæ & eius uigore possessionẽ, aduersarius restitutus obtinuit aliam pro se, fuit conclusum q̃ uirtute secũdæ non debuit decerni sequestrum, de quo in cle. unica de seques. posses. & fruc. ea ratione quia si sentẽtia à qua appellatur ex cusat, fortius illa quæ trãsit in rem iudicatã, & multo magis
2 ipsa res iudicata ad hoc tex. in d. cle. † loquens de una sentẽtia ut eius uigore fiat sequestratio si cõtra eam alia nõ sit promulgata, prout declarat Car. ibi in iiij. q. post Io. an. Et q̃ sentẽtia quæ parit sequestrũ intelligitur de prima, nec distinguitur an fuerit ab eo appellatũ, quod no. pro intelligentia d. cle. & tamen uerũ est sentẽtiã in causa restitutionis reperire aliã prius latã, & licet posset dici prima inspecto iudicio restitutorio, nihilominus uere est secunda q̃uis posit respectiuè appellari prima uel secunda, prout in formandis sententijs poni solet.
3 Nam † causa restitutionis censetur eadẽ cum prima & debet expediri coram eodem iudice l. præfecti. & l. illud. ff. de mino. & procurator in prima tenetur eam prosequi nõ sic causam appellationis ubi persona iudicis & tribunal mutantur. Ita Ange. & Pau. de ca. in l. qui proprio. §. itẽ quæritur. ff. de procura. post glo. & Ias. in l. inuitus. C. eo. tit. & Bal. in d. §. item quæritur sup. v. lec. Accur. & vj. ultramõtanorũ declarat quãdo dicatur, & quo respectu noua causa, q̃n eadẽ nec identitatẽ, & alia excludit q̃ corã diuersis quãdoq; iudicibus expediũtur, quoniã istud præuenit ex cõmißione principis, et sentẽtia
4 † in restitutorio contraria primæ reuocat expresè primã, uel aliàs non ualeret quia esset sententia contra sententiam l. j.

C.

C.quando prouo.non est nece.c.inter monasterium de re iud. ubi glo.fi.& Abb.v.co l.cũ se.ponũt septem casus falletiæ ad hãc regulã declarando materiã.& idem de compromisso & laudo cõtra rẽ iudicatã ut non ualeãt,dicit Bal.in l.si diuersa. ad fi.C.de trãsa.Et in una Parmeñ. archipresbyteratus corã dño Hugone de Spina in qua erãt latæ tres cõformes absoluto riæ sup petitorio cũ impositiõe ꝑpetui silẽtij de more palatij cõtra Bonifa.de Aldigerijs,& pro Iacobo Cola pro quo Bo nifacio restituto fuit postea pronuntiatum canonizando gra tiam apostolicã eiusdem domini.Negarũt sequestrũ 1519.de mẽse Martij memores cõclusionis factæ in dicta causa Elneñ.

II. Decis. SVMMARIVM.

Ex sententia prima super petitorio lata pro petitore decernitur sequestrum in terminis d. cle.vnicæ nõ obstan.quod contra eum per vnã vel plures sentẽtias esset prius in possessorio res iudicata,quã fuerat executioni mandata.Vel sic ex sententia in possessorio non præsumitur ad petitorium ad exclusionem sequestri.

EPITOME.

1 Sequestrum decernitur vna sententia lata in petitorio pro eo qui contra se sententias & rem iudicatam obtinuit in possessorio.

2 Sententia in possessorio non facit præsumptionem contra obtinentẽ in petitorio.

DECISIO II.

1 *FVit in una alia causa beneficiali conclusum ꝙ si habens† contra se rem iudicatam super possessorio cui paruerat postea pro se primã sentẽtiã super petitorio obtineat eius ui gore debuit decerni sequestrũ cũ sentẽtiæ super possessione habuissent finalẽ exitũ,& si fuerat sequestrũ debuit relaxari uictori*

uictori,ut in d.cle.sed attenta ista ratione in proxima decis.cõtrariũ debuisset cõcludi,licet possumus dicere,quòd ibi sumus in casu diuerso & habente diuersam considerationẽ,ut patet.
2 *& ideo alia est melior ratio,quia sentẽtia † in possessorio non facit præsumptionẽ contra obtinentẽ in petitorio secundum doct.in d.cle.ex quo sunt diuersa & de uno non infertur ad alterũ.l.naturaliter.§.nihil cõmune.ff.de acqui.pos.nec præiudicat petitorio,ut dicit Car.in d.cle.in ij. oppo.iij.col. cum seq. Et cum ratio primæ sentẽtiæ cõtra alias ad negandũ sequestrũ sit fundata in præsumptione,quæ oritur ex ea secundũ Car.ibi declarantẽ in iiij.q.ista prima non faciens præsumptionẽ non obstat secundæ quod no.in materia & pro eo,quòd dicitur in tex.de finali uictoria,ac pro prima ratione ut intelligatur finalis,quando agitur possessorio illa quæ desuper trãsit in rem iudicatam non expectato iudicio proprietatis nec eius fine. Secus si possessorium & petitorium simul fuerit deductum ut finalis dicatur uictoria,sententia quæ super proprietate fertur prout distinguit idem Card.in quæst.xxix.*

III. Decis. SVMMARIVM.

Exceptio possessionis triennalis,de qua in dicta cle.vnica ad excludendũ sequestrum nõ defendit possessorẽ symoniacum: vel sic, possesio symoniaca est discolorata & sine fomento iuris.

EPITOME.

1 Sequestrum decerni potest contra symoniacum triennalem,si cõtra se reportauit sententiam tanquam vitiosus possessor.
2 Regula de triennali non defendit habentem symoniacum ingressum.
3 Symoniaca electio est nulla etiam ignorante electo.

DECISIO III.

Item 1516. in una causa beneficiali Luneñ.Sarzaneñ. coram do.Martino spinosa conclusum fuit quod condẽnatus

in terminis d.cle.unicæ qui triēnio possederat pacificè nō gau-
1 *deret † exceptione quæ ponitur ad casum d. cle. nec euitaret sequestrum si erat simoniacus tanquā uitiosus & poßidēs sine colore. pro quo Inno. in c. nisi cum pridē. de renun. in princ. dicens quòd simoniacus & intrusus sunt fures. j. q. j. ordinationes nec habent titulū, licet sibi uideatur quòd non debeāt dimittere eam possessionem facti quam habent absq; licentia & ibi uideatur But. hoc tenens in symonia in promotione per se cōmissa: facit etiam quod Fely. in c. in nostra de rescrip. scribit in materia intrusionis & poßeßionis non coloratæ secūdo cor. & in c. insinuatum, de symo. circa fin. Item quia regula de triēnali possessore non molestando quæ habet similitudinem cum dicta exceptione & uidetur ab ea orta & requirit, ac est con*
2 *tenta † titulo & possessore coloratis excipit habentē symoniacum ingressum tanquā incoloratū: & carentem iuris adminiculo: unde in eo qui ingreditur per symoniam ab ipso uel alio eo sciente commissam stat cōclusio etiam secundum Butr. Car. & alios in d. c. nisi & Fely. in d. c. insinuatum ac Mil. in uerbo simoniacus est ab omni, & c. Abb. tamen in c. pe. de elec.*
3 *indistinctè notat quod electio † facta symoniacè est nulla etiā ignorante electo quia uitiosè facta & idem in collatione, de quo per doc. in d. c. ordinationes & ubi suprà.*

IIII. Decis. SVMMARIVM.

Eadem exceptio dictæ cle. proficit triennali possessori pacifico priuationem incurrenti ob non solutionem pensionis.

EPITOME.

1 Sequestrum non decernitur contra triennalem qui sententiam priuationis contra se ob non solutionem pensionis reportauit.
2 Priuatus beneficio non est amouendus à sua possessione, nisi præmissa citatione & iuris ordine seruato.

Regula

3 Regula de triennali fraternizat cum cle. de sequest. pos. & fruct.
4 Titulus coloratus qui &, quando dicatur? vide remissiuè.
5 Constitutio execrabilis an obstet agenti possessorio.
6 Restitutio an canonico regulari spoliato competat de beneficio seculari cum prouisione ordinarij?

DECISIO IIII.

FVit etiam cōclusum in una coram do. Ioan. An. de Triuul-
1 tijs quod triēnalis † possessio pacifica eius qui declarabatur priuatus beneficio, quia non soluerat pensionē in tempore excluderet sequestrū per tex. iuncta glo. in c. licet episcopus. de præben. in vj. uidetur tamen obstare ratio de non colorato possessore ad regulam quam tradit Abb. in c. cum nostris. col. ult. de conces. præben. quòd quando inducitur priuatio à iure uel ab homine possessio dicitur incolorata & d. c. licet episco-
2 pus loquitur de nō amouēdo possessore † quantūcūq; priuato & eius beneficio alteri iam collato absq; citatione & iuris ordine, prout etiā in l. meminerint. C. unde ui. non autē an sit coloratus possessor nec'ne & quando de colore diceret Abb. in d. c. cum nostris ad probandum priuatū non habere colorē allegat d. c. licet episcopus. & c. de multa, de præben. Item quia
3 regula de triennali † fraternizans cum text. dictæ cle. non debet prodesse, nisi habenti titulum & possessionē colloratam ex uerbis regulæ & eius antiqua interpretatione. titulus autē qui ante priuationem erat euanuit adueniente incursu priuationis ex iuris dispositione, & est redactus ad non titulū sola possessione remanente quæ cum sit facti non potuit à iure infirmari l. deniq; ex qui. cau. ma. l. j. §. si uir uxori, & l. cum hæredes. ff. de acqui. pos. quod autem Domi. in c. felicis, de pœ. in vj. & aliunde Fely. in c. Rodulphus in uerbo sed declaratoria & ibi citatur etiam pars pe. & ult. char. de rescrip. inquiunt & no. in additione ad decis. iij. de restitu. spol. in no. quòd in sententia

iuris requiritur declaratio & non impedit spoliari restitutionem posset dici, intelligi requiri quo ad facti probationẽ ut à possessione amoueatur & ad alios effectus, de quibus in dictis locis, non quòd de iure non sit uerè priuatus, pro decisione tamen facit quod ipsa regula uidetur omni colore cõtenta quod non symoniace aut contra c.ij.de præben. in vj. habitus ut in
4 ea, de quo & quando dicatur † titulus coloratus & possessio & quãdo nõ, & ad materiã tango in illa decisione, quòd dicta regula procedit in habẽte titulũ ab ordinario de prima dignitate in cathedrali post pontificalẽ aut principali in collegiata non obstañ. concordatis Germaniæ & regula cancellariæ talia beneficia reseruante incipit proponebat sub ti. de
Illud uerò quod titulus uideatur per priuationẽ resolutus procedat intelligẽdo de iusto cum titulo saltẽ iniusto possideat inquit gloss. in d.c. licet episcopus. qui si sufficiat in terminis regulæ secundũ quos sufficit possessio cum titulo colorato, & propterea excõmunicatus defenditur à regula ex quo est capax possessionis quæ est facti & à iure nequit infirmari, licet si spoliaretur non restitueretur: quia obstaret exceptio excõmunicationis prout sentit glo. super d. regula. ergo & cle. quæ ad uitandã sequestrationẽ fuit contenta possessione triennij ad similitudinẽ usucapionis quæ terminatur triẽnio: & quia per lapsum dicti triẽnij aliquando acquiritur ius ecclesiæ possidẽti prout declarat Card. ibi. viij. not. & q. xj. Additio autẽ ultima distinguit sententiã hominis à sentẽtia iuris & disputat si
5 restitutio cõpetat & an execrabilitas † obstet agẽti possessorio, quod quæsiui à quibusdã dominis in una causa coram me & erant opiniones, nec fuit aliquid firmatũ, licet reperiã decisionẽ. xv. de resti. spol. in antiq. pro parte affirmatiua & opinionẽ in dicta additione ubi ultima est pro negatiua. Item quia

sumus

sumus in una sententia per appellationẽ suspensa, aliàs extincta.l.j.in fi.ff.ad Turpil.c.uenientes, de iurciur.ex quo petitur sequestrũ possumus dicere nondũ condemnatũ esse priuatum quousq; contra eum sit res iudicata, cum hoc sit de quo agitur an sit priuatus uel non.facit etiã decis.ix.de resti.spol.in antiq.
6 uolens quod canonico † regulari spoliato beneficio seculari quod habuerat ab ordinario competat restitutio & sequitur Fely.in c.dilecta.de rescrip.ult.char.& limitatione.super ueritate cuius fuit etiam dubitatũ in una coram do. Sibiniceñ.de mense Maij 1521. & super eius intelligẽtia ac c.cum de beneficio.de præben.in vj.uideantur Lap.& Dominic.in d.c.& Fely.in c.in nostra, col.pe.uer.ij.de rescrip.

V. Decis. SVMMARIVM.

Violans sequestrum incidit in pœnas cle. ad compescendas non obstante appellatione à diffinitiua cum inde secutis, seu à diffinitiua & quocunq; alio grauamine absq; expreßione causæ.

EPITOME.

1 Sequestrum an impediatur per appellationem, & an violans sequestrũ sub tali prætextu sit locus pœnæ cle.ad compescendas.
2 Appellatio ab interlocutoria in scriptis & cum expreßione causę fieri debet.
3 Sequestrnm in beneficialibus regulariter est permissum.
4 Appellatio ab interlocutoria cuius iniquitas detegitur allegationibus iuris sine expreßione causæ fieri potest.
5 Appellans à decreto sequestri debet inserere causam in appellatione.
6 Remissoria ad probandam violationem sequestri an regulariter concedi debeat.

DECISIO V.

Dubitatum fuit coram Mercurio de Vipera in una beneficiali Mediolaneñ. de Villegio 1520. de mense Maij an appellatio interposita à diffinitiua cum inde secutis seu à diffinitiua & quocunq; alio grauamine impediat quominus

sequestrum decretū ante appellationē iuxta formam cle.unicæ
1 de sequestra.pos. & fruct. potuerit exequi † & si fuerit uiolatum locū habeat pœna.d.cle. & quidā dñi tenebant non debere exequi nec esse locū pœnæ cum appellatio suspēdat iudicatum.l.j.in fi.ff.ad turpil. c.uenientes,de iureiuran. & quòd per illa uerba cum inde secutis uidebatur à decreto sequestri appellatū,ex quo aliud non fuerat secutum post sententiā l.ij. de lib.& postbu.l.fundū qui locatus,cum l.seq.ff.de fund.instruct.cum ibi not.& licet regula uelit quòd in appellatione
2 † ab interlocutoria sit exprimenda causa.c.cordi.de appella. cle.appellanti.eo.ti.& decretū huiusmodi dicatur interlocutio super quo quando sit diffinitiua aut diffinitiuæ uim habens uel interlocutoria est glo.in d.cle.& ibi doct.& tradit Bar.in l.Titiæ.ff.de accusa.Alex.super rubrica de re iudi. ff.& Abb. etiā super rub.eo.ti.in decreto limitatur secundū Bal.in l. minoribus.C.de his qui.ut indig.& Philip.Fran.in d.c. cordi,in iiij.limit.quādo constat de grauamine iuris præsumptione aut per allegationē iuris,ut si iudex mādet sequestrū fieri quod est regulariter prohibitū.C.de probi.sequest.per l.nimis propere.C.de exce.rei iud.& c.j.de sequest.pos.& fruct.tunc enim non requiritur causa,sed maior pars contrarium cōclusit: & ego fui in hac opinione & hoc per decisionē Bisignet.in antiquior.ij.quæ est prima in antiquis eo.titu.de sequestra.possess. & fruct.ubi plura uideas fundamēta per quæ tolluntur cōtraria,& ad dictū Bal.respondebat unus ex dominis quòd in be-
3 neficialibus sequestrum † regulariter est permissum, quod nō uidetur tutum cum Card.in d.cle.unica.iiij.col.dicat quod per cle.iste casus debet addi ad alios casus fallētiæ not. per glos.in l.unica.C.de probi.sequest.pec.& in.c.ij.de sequestra.pos.& fru.unde dicas aliter ꝙ cum in re tam aperta quādo sequestrū quod

quod ius prohibet decernitur superuacua sit expreßio causæ ut inquit Bal.in d.l.minoribus ar.l.si cōstat.ff.de appell.quoniā iniquitas talis interlocutoriæ detegitur per allegationē iuris:ita in hoc casu requiratur expreßio quod sumus in re clara & ad cle.præmissa & magis iniquitas appellationis colligitur ex hoc quod iure permittēte decretū est sequestrum, & cessat præsumptū uitium interlocutionis per rationē expositorum.l.& si cōtra in fi.de uulg.& pup.l.fi.ff.de leg.iij. Ratio ergo Bar.cōcludit ad casum quando ius apertè facit cōtra interlocutionē, nō quādo ei aßistit sicut in proposito siue cle. ponat regulā siue exceptionē. Neq; obstat q, quia condēnatus forsitan possederat triēnio pacificè nō fuisset locus sequestro, ut in d.cle.quia saltē istud debebat allegari & cōstare iudici ex probationibus facti, & nō proficeret nisi ex deductis appareret manifestè secundū Bal.in d.l.minoribus dicentē quòd quan
4 do sumus in interlocutoria † cuius iniquitas detegitur per allegationem iuris non est necesse inserere causas appellationis ar.l.j.in fi.ff.de dot.præleg.& ita debet intelligi Inno.in c. fi. de noui oper.nun.Sed ubi debet detegi ex probationibus facti, ita quòd est quæstio facti & non iuris ut in his terminis, tunc procedit quòd appellans ab interlocutoria habet necesse exprimere causam quare sententia sit iniusta ita etiā sentit Phil. Fran.referendo Bal.in d.l.minoribus,in c.j.de appel.in vj.col.
5 ij.ex quibus cōstat quòd omnino † causa in appellatione erat exprimenda hic,sicut quādo appellatur ab executore excedēte.c.quòd ad consultationem.de re iudi.iuxta glos.& declarationem Abb.ibi.& aliorū.Præterea nunquā esset locus sequestro si per uerba cum inde secutis seu à quocunq; grauamine & similia absq; explicatione causæ & grauaminis censeretur appellatū à decreto sequestri, & suspenderetur iurisdictio cū

decretum sequestri soleat fieri statim lata diffinitiua eadẽ audientia uel sequenti. Sic enim eluderetur prouisio cle. de facili, cum dicta uerba sint in usu ad cautelã, uel facilia cuiquã cõtra l. si prætor. de iudi. & l. fi. ff. quod ui aut clã. Cæterũ siue sequestramus iustè et bono zelo moueamur, siue sit dubiũ debet obtemperari, ut ait Car. post Laud. & Zenz. in d. cle. unica dum modo sit lata sẽtẽtia sufficit resistẽtia facti. ut ibi. xj. col. Nã nõ debet quis ꝓpria temeritate uiolare ex quo uiolat possessionem quæ est facti, ut in dictis decisionibus. ij. & j. & factũ ac præsumptionẽ & contẽptũ punit cle. sicut aliâs factũ ipsum. Lex etiã si non producat iuris effectũ. l. quid ergo. §. cũ autẽ. ff. de his qui no. infa. & c. nuper de biga. & in causa prædicta
6 *fuit data remissoria † ad probãdũ uiolationẽ sequestri habito articulo pro cõcludẽti, cum aliâs dari nõ debeat nec cõsuerit.*

De Probationibus.

Primæ Decis. SVMMARIVM.

Fama sufficit ad probãdũ quod collatio pertinet ad inferiorem episcopo, quando non agitur cum eo, nec prouiso ab ipso nec directe super pertinentia.

EPITOME.

1 Collationis pertinentia ad inferiorẽ pertinere quomodo probetur?
2 Fama regulariter non facit plenam sed semiplenam probationem.

DECISIO PRIMA.

PERTINENTIA *collationis ad archidiaconũ, decanũ, priorẽ, seu alium episcopo uel archiepiscopo, seu alio ordinario inferiorem ad quẽ de iure non spectat, ꝓbatur † per famã secundũ Rotã decis. iij. in no. de proba.*
1
quod

quod procedit quãdo ordinarius non est in causa nec prouisus ab eo, sed alius habens à papa uel aliunde. Nam contra ordinarium uoluerũt domini q; sufficeret in una Parmeñ. parrochialis sanctæ Christinæ quã proposui de mense Martij 1520. In qua agebatur inter prouisum ab uno canonico Parmeñ. qui cõtulerat ratione præbendæ de Sorbulo & prouisum à Car-
1 dinali de Farnesio administratore ecclesiæ Parmeñ. nisi fama esset adiuncta alia specie probationis prout erat, quæ intelligentia mihi placuit. Nam pro ea facit quod uult Egid.decis. cccccclxx.dum intelligit famam sufficere nisi directo agatur super pertinentia uel super collatione facta ab ordinario. Et si aduersarius negaret huiusmodi collationis pertinẽtiã non ha-
2 beat. Nam † fama regulariter non facit plenã sed semiplenam c.j.ubi glo.de appel.super quo quãdo plenè quando semiplenè quãdo nihil tale inducat, habetur saltẽ remißiuè in illa decisione quòd fama probat ius patronatus antiquißimũ,incipit fama regulariter,in proposito autem probat modo quo supra. & facit quod Egi.decis.cxxviij.& quod Bar.dicit de fama in l.celsus.ff.de usucapio. q; inducit iustum errorẽ & tribuit causam præscribendi, ac inducit titulum putatiuũ secundũ Abb. in c.de quarta.& c.ad audientiã ult.col. de præscri. facit quia aliud est quando agitur contra eum cui ius non aßistit aliud si ei nõ aßistat.c.ad decimas de resti.spo.c.j.de præscrip.in vj. cũ ibi no.ad idẽ Fe.de Se consi.ccxliij.ubi aliud sentit quãdo agitur inter plebẽ in cuius plebanatu sita est capella, & patronos quis eorũ præsumatur esse in possessione, cum neutri ius aßistat? Aliud quãdo esset quæstio inter patronos & ordinariũ cuius intẽtio esset fundata de iure cõmuni.xvj.q.vij.omnes Basilicæ cum.c.se.& c.j.de cap.monach.c. de zenodochijs le relig.domi.ac.c.cum ex iniuncto in fi.de hæret.

II. Decis. SVMMARIVM.

Sicut dominium antiquissimũ probatur per famam, ita ius patronatus, & vide de virtute probationis famæ & eius potentia.

EPITOME.

1 Famá habito respectu ad indicia & præsumptiones vnde fama traxit originem an plené vel semiplené probet?
2 Dominium antiquissimum an per solam famam probetur?
3 Dominium quomodo probetur, & an sit differentia inter antiquum & antiquissimum? vide remissiué.
4 Fama an sufficiat in probando iurepatronatu antiquissimo?
5 Fama in his quæ metam humanæ memoriæ excedit satis probat.
6 Patronus ille dicitur cuius antecessores per centum annos præsentarunt.
7 Ex præscriptione temporis immemorabilis an acquiratur ius patronatus.

DECISIO II.

1 *Fama regulariter † non facit plenam sed potius semiplenam probationem. l. iij. §. eiusdem quoq; iuncta glos. ff. de testi. & uoluerũt aliqui ut refert Bar. in l. admonẽdi. ff. de iureiur. & glo. in c. j. de app. c. præterea, de testi. c. illud, de præsump. c. ex literis, de iureiur. & quòd semiplenè probet in ciuilibus. Inquit Fran. de Aret. in consi. lv. col. ij. adducens plures docto. ad hoc quòd qualiter procedat tradit Philip. Franc. in d. c. j. col. ij. qui omnino uideatur in materia, quinimo secundũ Bar. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæst. quando indicia & præsumptiones ex quibus fama traxit originem non multum urget arbitrabitur iudex quòd non faciat semiplenam. Et quando habet ortum ab inimicis de ea non est curandum. c. licet ex quadam, de testib. c. cum in iuuentute, de præsumpt. c. qualiter & quando, el secundo de accu. Et in quibusdam casibus solum coadiuuat absq; eo quòd faciat aliquem gradum probationis*

Abb.

2 Abb.in c.ueniens.j.de testi.ult.col.Dominium autem † antiquißimum bene probatur per famam solam. l. at qui natura. §.cum me absente.ubi glo.ff.de neg.gest.quam ita declarat ibi Ang.ad Arc.& sequitur consi.xxxvj.& Pau.de Cast.in l.proprietatis.C.de proba.Soci.consi.cclxxxiij.col.iij.& Bald.in l. conuenticulam.C.de epi.& cler.dicit in factis multũ antiquis opinionem generalem haberi pro ueritate.Rota uerò de re iudi.xv.in no.dicit dominium non probari per famam aut communem reputationẽ & possessionem prædecessoris,sed oportet quòd probetur per ueras causas,& hoc est uerißimum. sequitur Abb.in c.cum ad sedem,de resti. spoli.vij.col.licet bene releuet ab onere probandi negatiuam illum,qui aliâs probare tenetur secundum eam decisionem xv.aliás ult.in not. de proba.Sed Alex.simpliciter loquendo dicit solam famã sufficere ad probandum dominium in antiquis in l.rem quæ nobis. vij.col. ff.de acqui.pos.ubi adducit ita tenere multos & esse communem opinionem omnium in c.cum causam,de proba.ubi uidea
3 tur † an de tali antiquo quod differat ab antiquißimo uel sine tali differentia loquantur Bar.etiam tradit in l.quidam in suo. ff.de condi.insti.quomodo probetur dominium,& super intellectu glos.in d.§.me absente.& plures casus ponunt Abb.in d. c ueniens.& Anch.in c.ueniens.de uerb.signi.in vj.vij.col.cum seq.in quibus sola fama probat plenè,& sicut probatio dominij difficilis.Inquit Cyn.in l.cum res.C.de proba.& Abb. in c. sæpe,de resti.spol.Ita ius patronatus cum non sufficiat probatio xl.ann. & ultra continuæ possessionis,ex quo certis modis acquiritur,de quibus Inno.& Abb.in rub.de iure patr.& diuersa sunt esse patronum quia respicit petitorium, & esse in quasi possessione cum respiciat possessorium.dicit Phil.Fran. in c.unico.ij.col.eodem tit.Videntur enim in hoc fraterniza-

re,

4 re,& in eo quòd in probã io † patronatu antiquißimo fama sufficit queãdmodũ in dñio. & hoc sequitur Rota meo tẽpore tenendo opinionẽ Bal.in l.cũ super.C.de rei uen. & uideatur idẽ Bal.in auct. quas actiones,circa fi. C.de sacrosan.eccl. & Inno.in c.ueniens.de uerb.sig.Pro qua obseruãtia & sentẽtia facit quod idẽ Bal.in cõsi.cccx.v.uol.super hoc an patronatus ecclesiæ probetur per literas antiquas,dicit ad proposi-
5 tũ quòd in his † quæ metã humanæ memoriæ excedunt famã, satis probat ad idẽ Deci.cõsi.clxxiiij. & per indicia & famã probatur ius patronatus antiquißimũ.& allegat Fede. de Se. consi.cccxxxiiij super primo col.ij.col.dicentẽ negari nõ pos-
6 se illũ † esse patronũ cuius antecessores iam per annos centũ præsentauerũt.Ad hæc doctrina Io.And. in regula q, alicui de
7 reg.iu.in vj.in mercu.q, ex † præscriptione tẽporis immemorabilis acquiritur ius patronatus,licet Archid.cõtra,& opinionẽ Io.And.sequitur Abb.in c.j.de relig.domi.quãdo laicus fuit lõgißimo tẽpore in quasi poßeßione præsentandi. Nam difficile est probare patronatũ antiquũ.& Fely. in c. causam. de præscrip.iij.col.quãdo allegatur titulus patronatus, & ad probandũ inducitur tempus immemorabile,nõ quòd præscribẽdo ait,acquiratur ius patronatus per laycũ, sed quia ex tali tẽpore præsumitur titulus,& tũc nõ putat necessariũ probare famã tituli quod est not.tã circa patronatũ q̃ circa dñium.

III. Decis. SVMMARIVM.

Fama probatur per testes deponentes de auditu publico secundum Rotam Bal. & sequaces, secus secundum Bart. & sequentes eum, & licet nequeat per duos induci,potest tamẽ per duos testes probari.

Epito

EPITOME.

1 Testes deponentes de fama qualiter deponere debeãt vt concludant?
2 Fama, rumor, communis reputatio notorium & manifestum quomodo inducantur, & in quibus differant?
3 Duo testes probant famam & notorium.
4 Publicè exponit Bal. id est, coram populo vnde testis dicens quòd publicè audiuit dici, probat famam, & nu. 7.
5 Testium dicta sunt adiuuanda non cauillanda.
6 Testis deponẽs præsumptiuè ex præsumptione iuris sufficiẽter ꝓbat.
8 Probatio præsumptiua quando sit concludens?
9 Testis deponens de auditu à pluribus, & quòd sic communiter dicebatur sufficienter probat communem opinionem.
10 Testis quòd teneatur reddere causam sui dicti quando locum habeat?

DECISIO III.

AD hoc ut testes qui deponunt de fama necesse est quòd
1 *dicant se audiuisse à maiori † parte hominũ seu gentiũ talis ciuitatis uel oppidi. cũ ex eo colligatur quòd maior pars populi ita sentit, nec sufficit dicere audiui à maiori parte populi, quia non concludit ubi sit ista fama, & dictũ testis debet necessariò concludere. l. non hoc. C. unde legit. Ita Bar. in l. de minore. §. plurimũ. ff. de quæst. subijciens, sis ergo cautus ut deponat quod est publica uox & fama, quia publicè dicitur per ciuitatẽ seu à maiorj parte populi talis ciuitatis, castri, seu uillæ & quod non probat testis dicendo quòd est publica uox. non reddit causam per aliquod quòd sensu percipiatur. non enim dicit quòd audierit à maiori parte populi, sed quòd hoc dicitur, idẽ si dicat audiuisse publicè dici cum esse poßit quòd unus publicè dicebat hanc opinionẽ sequitur Ang. in l. iij. ad Mace. & Bal. in additione Spec. in ti. de sen. in vj. col. & Alex. consi. xxv. uol. iiij. in causa uerteñ. inter Antonium pen. col. & cxvij. uiso processu causæ uertentis inter dominã Luciam prout re-*
2 *fert Ias. in d. l. nõ hoc facit, quia fama † cõmunis reputatio manifestum & notoriũ non inducuntur ab uno uel duobus, sed ab omnibus aut à maiori parte populi. l. j. C. de test. & in plus se*

habet fama quàm rumor.c.super eo,cū ibi not.de eo qui cog. consan.uxo.suæ.ubi Abb.dicit quod fama propriè est quando tota ciuitas seu uicinia aut maior pars reclamat.Rumor uerò quando aliqua pars puta tertia,uel quarta & de fama. Rumore manifesto, cōmuni opinione, & notorio qd sint,in quo differāt, & de materia per Bar.in l.scriptus.ff.de reli.& sump. fune.& Abb.in c.uestra,de coha.cle.& mulie. & tex.ac doc. in fi.eo.ti.& aliquid per Inno.& Anch.in c.ueniens,de uerb. sig.in vj.Sed aduerte quod quāuis fama & notorium nequeāt
3 *induci per duos testes,possunt † tamen probari per duos glo. iiij.q.iij.testes.§.itē sæpe. Abb. in c. tertio loco,de præsump. & c.quia nos,de appel.Bal.uerò in c.per tuas,de proba. post*
4 *princip. in uerbo publicè † exponit id est coram populo & uicinis subiungens facere ad dictū testis dicentis quòd publicè dici audiuit,ut probet famam & tenet etiam contra Bar.in c. præterea ult.col.de testi.sufficere testē deponere quod audiuit à maiori parte populi cum intelligatur de populo illius ciuitatis,& interdū sufficit fama uiciniæ tex.est ait hic no. quòd popularis fama intelligitur illius populi uel uicinalis illius uiciniæ & satis est si dicat,quia publicè dicitur per maiorē partē populi & aliâs non affirmet de suo auditu, quia sufficit quòd reddat causam per sensum corporis præsumptum per locū à cōmuniter contingentibus, nam si dicatur publicè & est unus de populo præsumitur audiuisse quod ab omnibus dicitur c.j.*
5 *de postu.præl. quia † dicta testiū non sunt cauillanda nec calumnianda quin potius iuuanda & sustinenda pro uiribus. c. cum tu.de testi.l.quotiens.ff.de reb.dub.Ad hoc Bart.in l.j.ff. si cer.pe.iij.col.ubi uult satis esse quòd dicat scio quia uicinus, quia & si non inferat necessariò cū possit esse uicinus & igno*
6 *rare † sufficit q̃ cōcludat præsumptiuè ex præsumptione iuris*

tali

tali quæ ad condemnationẽ sufficiat: præsumitur autem sciẽtia ex sensu corporis sufficiẽs ad condemnationẽ, ut in iuribus adductis ibi per Bar. ita etiã Lanfran. in repetitione. c. quoniam contra, in uer. testium depositiones col. iiij. & secundũ Bal. in d.c. præterea. Ita cõsuluit Dy. ad idem. c. literas, de præsum. ibi
7 publica uoce ex quo etiã tex. infert Bal. ad dictum testis † qui dixit se audiuisse publicè dici, quia intelligitur publica uoce dici à populo & sic probat famã. Ita enim est aptior expositio secundũ cõmunem intellectũ loquentiũ ad quem est recurrendum. c. ex literis, el primo, de sponsa. l. Labeo, uersi. uerum. ff. de supell. lega. Ita etiam referendo Bal. transit Ins. in d. l. non hoc & opinionẽ Bal. ac sequaciũ seruat Rota admittendo probationẽ famæ per depositionẽ testium de publico auditu, quòd in pluribus causis audiui à dominis. Et in una Romañ. domorum corã domino Camillo de Ballionibus 1519. inter Matthæos & Capiteferros in qua quærebatur an esset probata fama per quinq; testes prout statutum requirebat? & contentabatur taliter probari posse metũ, cum allegaretur Bart. ubi suprà qd̃ nõ sufficiebat dictũ de auditu, fuit à do. Mercurio de Vipera, & d. Iacobo Simonetta, & quibusdã alijs responsum quòd cõtra opinionẽ Bar. erat obseruãtia. pro qua facit quia in probãda fama non sumus in probatione necessaria, ad quam inferunt rationes Bart. sed sumus in præsumptiua, in qua satis est quòd sequatur per sensum iuris præsumptione, ut per Bart. in d. l. j. & Bal. in d. c. præterea. & latè in l. conuenticulã. C. de epis. & cle. ubi in iiij. col. inquit ꝙ in ꝓbatione † præsumptiua aut uolumus ꝓbare actũ in genere, puta ꝙ aliquis sit malæ famæ, aut pauper & similia, & tunc sufficit ratio, quia sum uicinus, quoniã cõcludit per locũ à cõmuniter cõtingentibus. Si uerò actũ in specie, & tunc aut est actus à communiter accidentibus qui 8

consue

consueuit esse notus uicinis, ut mors & ætas. ad idem l. ortam. ff. unde cog. aut non cõsueuit esse notus à cõmuniter cõtingẽtibus uicinis, uel habet se pariter ad notũ & ignotũ, ut homicidiũ Petri uel furtũ de re Martini, & tũc nõ probat in fama uel fumus in probando actu in genere uel in specie, qui cõsueuit esse notus uicinis cum non causetur, ut est dictũ, nisi à toto uel maiori parte populi, unde nõ est necessaria. Ita exacta probatio nec per sensum uerũ, quod no. in materia ad hoc pertinenter facit quod dicit Inno. & post eum Ancha. in d. c. ueniẽs de uerbo sig. in vj. v. & pe. col. ꝙ licet in probãda cõmuni opi-
9 nione † debeat testis dicere se à multis audiuisse, quos interrogatus, si nominat bonũ est, tamen si respondeat non habere memoriã de aliquo, quia nec recordatur de certo, sed ꝙ sic cõmuniter dicebatur. Videtur nihilominus ualere testimoniũ allegata. l. in summa. §. idem labeo. ff. de aqua plu. arcen. Itẽ à cõmuni usu loquẽdi uidetur testis apertè deponere de causa sciẽtiæ dicendo sic, cõmuniter audiui dici. Et probat quamuis non repetat dicto tẽpore uel in dicta ciuitate. Nam deponẽdo cõtẽta in articulo esse uera, quia sic cõmuniter audiuit dici, intelligimus rationẽ dicti ipsius testis de eisdẽ loco & tẽpore cõtentis in articulo nõ de alijs, ne aliàs esset sibi cõtrarius, & in falsum incideret atq; eius dictũ nõ ualeret. d. c. cum tu. cũ uulgaribus. & tanto magis procedit opinio Bal. & Rotæ, quãdo testis respondẽs de publico auditu uel de publica fama nõ esset interrogatus quomodo scit, quia quãuis dictũ testis sine reddi-
10 tione † causæ non probet. l. solã. C. de testi. tamẽ est uerũ in his quæ percipiũtur iudicio intellectus nõ quæ sensu corporeo, dominiũ namq; & incorporalia cũ similibus intellectuali iudicio percipiuntur, & in talibus testis debet dicere causam sui dicti etiã nõ interrogatus ad hoc ut probet in alijs quæ per

sensum corporeum quis percipit ualet dictũ sine ratione quã-do nõ interrogatur de ea, sed si interrogatus non redderet uel non boni aßignaret non ualeret. Ita Inno. in c. cum causam. eo. tit. Pau. de Ca. in l. proprietatis. C. de proba. & Bal. in d. l. solã subtiliter declarans & distinguẽs id quod est notũ quo ad ple-nam notitiã per sensum corporis ut per uisum, auditũ, & cæ-teros eiusdẽ generis in quibus sensus non decipitur circa obie-ctum propriũ, sicut in cõtractu uel maleficio de quibus plena habetur notitia per uisum & auditũ ab eo probãdo quod non est obiectũ sensus sed intellectus, ut dominiũ & similia. & de utrisq; est tex. Insti. de re. corp. & incorp. in princ. & usq; ad finẽ. sed fama quæ est obiectũ fit nota per sensum corporeum exteriorẽ, scilicet per auditũ non per interiorẽ ut hoc termi-no utar, ergo probat sine causa ut suprà. Nec sumus in casu in quo plurimũ laboret rem intellectus, licet in facto cõsistat ut in probãdo aliquẽ ebriosum uel furiosum, nec ubi requiratur prædominiũ intellectus supra sensum in quibus non creditur testi, nisi applicet rationẽ concludentem ex sensu quòd est in omnibus, quæ sunt difficilis probationis, ex eo quòd uideri uel sentiri non possunt directè, ut adulterium & reliqua eiusdem qualitatis quæ Bal. per regulas & exempla tradit in d. l. solam. cum fama non sit eiusmodi ut patet. & conferunt etiã ad hanc conclusionem motiua quæ adduco super illo dubio incipiente pluries coram domino. M.

IIII. *Decis.* SVMMARIVM.

Impetrans beneficium quod asserit esse de iu-re patronatus laycorum, tenetur pro validitate gratiæ probare, quod sit in præscriptione siue cõ suetudine: secus si per verba vt asseritur vel æqui pollentia, aut si asserat esse laycorũ aut clericorũ

alternatiuè, quia tunc dicente esse laycorum incumbit hoc probare, & quod sit ex cõstructiõe, fundatione, seu dotatione ad nullitatem gratiæ.

EPITOME.

1 Verbum vt asseris, vel vt asseritur, in gratia appositum quomodo oneret vel releuet ab onere probandi narrata. & nu. 6. & 8.
2 Fundatio, constructio, & dotatio æquiparantur in iure.
3 Prouisio Papæ etiam motu proprio facta non præiudicat iuripatronatu laycorum.
4 Iurispatronatus si ex præscriptione acquiritur, quibus noceat?
5 Iurispatronatus laycorum ex consuetudine, seu præscriptione, an in literis prouisionis vel expectatiuæ mentio sit facienda?
7 Beneficium an præsumatur liberum vel seruum à natiuitate?
9 Verbum vt asseritur, tanquam generale & impersonale non censetur prolatum per impetrantem.
10 Probatio asserentis beneficium de iurepatronatus laycorum vel clericorum esse, an sibi vel impugnanti incumbat? & nu. 12.
11 Derogatio aut mentio iurispatronatus clericorum in literis necessaria non existit.

DECISIO IIII.

HActenus obseruatum est ut audio ab antiquis patribus & meo tempore in palatio, quòd si in impetratione be-
1 *neficij dicitur tale beneficiũ quod ut asseris † de iurepatronatus laycorũ existit, impetranti incumbat onus probandi quòd sit ex præscriptione uel cõsuetudine, ut sic excludat quod non ex fundatione, uel dotatione, aut cõstructione, aliàs prouisio sine derogatione & absq; patronorũ cõsensu est nulla c. decernimus. xvj. q. vij. secus si dicatur quòd beneficium ut asseritur, de iurepatronatus laycorũ existit uel per alia uerba æquipollentia, tunc enim asserenti patronatum laycalem etiam possessori beneficij ad exclusionẽ prouisionis & sic impugnãti eam in-*
2 *cumbit probare quod sit laycorũ & ex constructione, † fundatione, aut dotatione cum in hoc isti tres æquiparentur, ut no. glo. in c. piæ mentis ea. q. Inno. & Abb. super rubr. de iurepatro. ratio nullitatis est ne layci à constructione, fundatione,*

uel

uel dotatione retrahantur secundũ glo.in c.nobis,& in c.cum dilectus.ubi etiã Abb.eo.ti.& But.in c.dilectus.de off.leg.propter quã rationẽ Papa in dubio non uidetur uelle præiudicare iuripatronatus laycorũ nec potestate quam habet in derogan
3 do etiã si prouideat † motu proprio secundum Rotam decis. lxxj.in antiq.de rescrip.Ita quod concluditur inualiditas quæ ut inquit Fely.in tract.quan.lite.apost.no.patro.col.j.non reperitur iure scripta,sed eam sumpserũt iure scribẽtes ex ratione d.c.cum dilectus,ac iuriũ similiũ & ipsam fortificat Fely. per multa similia & bonas rationes quæ satis mẽtẽ iuris aperiunt l.scire oportet.§.sufficit.ff.de excus.tuto. But.uerò in d. c.dilectus,allegat ad hoc tex.in cle.per literas, de præben. qui re uera in alia materia loquitur licet in simili bene faciat. prædicta autẽ ratio cessat quando est ex consuetudine uel præscriptione dicit But.in d.c.dilectus.& ibi Car.etiã & Fed.de Sen. consi.lxiij.lxiiij.incip.infrascriptæ quæstiones, ac alij quos refert & sequitur Fely.in d.tractatu in xj. limitatione firmantes eo casu posse legatũ de latere conferre quamuis contrariũ sentiat Inno.in d.c.dilectus in fi.quasi etiam his casibus possent retrahi layci à benefaciendo ecclesiæ cuius opinio est contra communem & consideratio falsa secundum Alexã. consil.
4 lxxiiij.colum.ult.uolu.iiij.dicentem quòd layci † non retrahuntur à fundatione ecclesiarum quando de suo proprio non posuissent ad tale ius quærendum,imò potius est præsumendum, ut non multum curarent de præscriptione quærenda uidentes parum eis prodesse,licet pro ueritate prosit saltẽ contra collationes ordinariorum contra quos est præscriptum ut tenet Butr.Cardi.& Imo.in c.dilectus,& Alexand.in c.hortamur. lxxj. distinct. in fine, sed nihil contra papam aut legatos de latere, ex quibus patet quod opinio Imol.quam Decius se

quitur consi.cxxvj.non subsistit,nisi forsitã in uno casu ad quẽ Deci. uidetur se restringere & ipsum tentat Fely. sub dubio forte in d.xj.limi.pro quo facit quod Io.An.adducit in regula quòd alicui,de reg.iur.in Mercur.col.ult.& Abb.in c.querelam.col.iij.de elec.& idẽ Fely.qui uideatur in c. causam quæ, col.iiij.de rescrip.& Alex.in d. c.hortamur.lxxj.dist.col.ulti. dum dicit utile esse uẽdicãti ius patronatus. quòd ad illud præsumendũ alleget præsentationes & plurimas in cursum tẽporis & sic in eo casu posset defendi opinio Imo. non tamẽ simpliciter uerũ esset de iure ex cõmuni sentẽtia quod Deci.ait in alleg.cõsi.& Fely.in d.xj.limi.iuxta sensum Modernorũ tunc Ro.cur.refert ut in curia Roma.præualeat quòd non differat patronatus ex fundatione à patronatu ex præscriptiõe, quinimo hoc tẽpore iudicatũ est ꝗ de iure patronatus laycorum

5 ecclesiæ ratione non autẽ patrimonij. Itẽ laycorũ † ex consuetudine uel præscriptione in literis collationũ Papæ, seu expectatiuis non sit necessaria mẽtio,prout in deci.quæ incip.memini,sub tit.de iure patr.aliàs de proba.dixi quam uideas quia cõfertur ad istã,& cõsideratio Alex.in d.consi.lxxiiij. ut layci non retrahantur,ex quo nihil ponunt de suo proprio quã etiã Car.Alex.ponit in c.hortamur.lxxj.dist.facit ad id quod in d. decisione tetigi.Quid si ius patronatus cõpeteret ex priuilegio?& pro decisione ista & alijs adductis est uulgatũ consil.

6 Card.Zab.lxix.uim faciens & distinguẽs uerba † ut asseris à uerbis ut asseritur.In primo nanq; casu asserẽs patronatũ laycorũ habet cõtra se quod sit ex constructione,fundatione,seu dotatione ex eo quòd beneficia nõ nascuntur, sed fiunt.unde in dubio cõstructa,fundata,aut dotata per patronos uidentur ad hoc tex.in d.c.querelã,& ibi Abb.iij.col.põderans ipsum, & idem Abb.consi.lxxvj.& cvj.uol.ij.quo stante asserẽs tenetur probare

probare esse aliter patronatū beneficiū quàm ex cōstructiōe, fundatione, seu dotatione cum modis præmissis uel uno ex eis existere asseruerit & huiusmodi expreßio sit pars gratiæ, ex quo uerba ut asseris referuntur ad impetrātē, & sic causa intentionis suæ ad regulā .l.ij.ff.de proba. & no. Ioā. And.*in c.j. ut lite non contest.in vj.quam sequitur* Abb.*in c.ij.colum.ij.de præsump. & ad collecta per* Fely.*in c. ad aures in tertia con-*
7 *clu. & col.de rescrip.*Et *omisso an beneficiū† magis præsumatur à natiuitate liberū quàm seruū? de quo* Rocch.*in tract. de iure patr.in uerbo cōstruxit, in q.xx.ubi pro & cōtra qui uideatur & eo.quod no.*Bal.*in c.significauit, de testi.quòd si tēpore edificationis nascitur liberū nunquā postea recipit seruitutē, licet secus ecōtra dato tamē patronatu. semper placuit mihi hæc pars ut in dubio potius præsumatur quòd sit uno de tribus modis prædictis uel duobus aut omnibus quàm ex præscriptione uel cōsuetudine, quoniā occurrit præsumptio quòd beneficia non nascuntur.* Item *tollitur coniectura libertatis de præsenti & etiā ab origine cum ex præsenti statu patronatus præsumatur in præteritum.l.circa, de prela.l.liberis.§.fi.ff.de liber.cau.*Egi.*decis.cccccxcj. & l.ex persona.* C.*de proba.iuncta glo. & ibi* Bal.*magistraliter regulā istam declarat firmās eam procedere in materia contingenti qualis est ista, quando præsens status seruitutis potest cōcurrere cum naturali ueritate antecedētis, ut si præsumamus cōstructionē, seu dotationē ab exordio & consequenter seruitutē sicut præsumere debemus per text.in d.c.significauit à contrario sensu, prout* Rota *intelligit & decis.iij.in antiq. de iurepatr. sicut & in iuribus allegatis præsumitur de libertate, & de non facultatibus, & sicut aliâs ex præteritis circa futura.c.mandata, de præsump. uel saltē onus probandi libertatē transfertur in asserentē pro-*

pter dictas cōiecturas seruitutes arguentes l.si poßidetis, & ibi glos.C.de proba.& c.unico,ubi etia glo.allegans cōcor.in uerb.actore ut eccle. benefi. si. di.confr.& Rota decis.xv.& si.de iud.in no.Aduerte tamē quia attēto fundamēto quod beneficia fiunt & nō nascūtur,item q dotantur quòd sine fundo non daretur existētia q omnia beneficia mūdi essent patronata,tamē uidemus q pro maiori parte sunt libera,ideo dixi suprà, supposito q reperiatur ius patronatus, ut tunc motiua

8 quæ adduxi militēt.Secūdo uerò casu quādo uerba † ut asseritur uel per alia nō assertiua dicitur de patronatu laycorū impetrās nihil affirmat quod sit laycorū,nimirū si possessor beneficij uel alius asserēs esse tale in hoc dicitur esse actor & tenetur probare q asserit, ut est dictū per iura & regulas allegatas & bene seruiūt motiua Car.in d.consi.lxix. & per hoc

9 Rota optimè decis.lx. in antiq.de rescrip. dicens q uerba † ut asseritur in gratia circa expreßionē ualoris posita sunt generalia & impersonalia:& ideo nō astringūt partes nec uidentur plata per impetrātē:secus in uerbis ut asseris,quæ ad partem referūtur & alia lxxvj.eo.ti.q supplicatio signata p papā per uerba ut asserit est surreptitia.nisi ita sit, secus si p uerba ut asseritur.Tertio casu qñ dicitur q beneficiū † ut asseris

10 de iure patr.laycorū uel clericorū existit: tunc etiā probandi onus q esset laycorū incūberet impugnāti literas prouisionis ex quo impetrās nō fundat se nec firmat pedē quod sit laycorū cum loquatur alternatiuè uel clericorū in quo loquēdi genere sufficit alterā partē esse uerā l.si quis ita stipulatus fuerit ff.de uerb.obli.& regula in alternatiuis,de reg.iur.in vj. & si esset clericorū solet derogari ex stylo:quinimo quādo esset laycorū & clericorū simul quia dicitur in derogatione si laycorū tātū & ex fundatione,uel dotatione pro medietate aliás in

totum

totum quo ultimo casu nisi derogaretur præpõderat qualitas laycalis in mixtura annullans prouisionẽ,ut plene per Fely. in d.tract.quã.lite.apo.in vj.ampliatione col.v. Sed in primo nõ
11 est † necessaria mẽtio nec derogatio,unde omißio non uitiat, prout est cõmunis usus & firmat Fely.post Rot.in d.tracta. iij.limitatione col.vij.& annotaui in alleg. decis. incip.memi-
12 ni.& ita † in una causa corã domino Martino de Spinosa,in qua erat clausula alternatiua fuit cõclusum de anno 1523.de mense Iunij quod menti tene ad limitationẽ seu declarationem præfati consil.Card.lxix.uel quia est tertius casus ibi non expressus & sæpe contingens ac utilis merito notandus, inquit tex.in l.legati,in prin.de lib.leg.& non aspernendus ait in his terminis Bar.in l.uerus.§.duorum in fi.ff.de leg.ij.

De Præsumptionibus.

Vnicæ Decis. SVMMARIVM.

Pro processu & iurisdictione præsumitur, quando sententia in qua recitantur acta fuit lata parte præsente,& non appellante.

EPITOME.

1 Ad validitatem sententiæ,processus & iurisdictio sunt necessarij.
2 Præsumitur pro processu in sententia lata parte præsente, & non appellante.

DECISIO VNICA.

VICARIVS, qui dicebatur de Boltanya Oscen. dioc.impugnabat sentẽtiã,
1 † quæ cõtra eum producebatur in causa dictæ uicariæ super crimine hæresis,quo erat cõdẽnatus per inquisitores hæreticæ prauitatis,sub prætextu quòd non doceretur de processu,quem inquisitores

non concedũt dari alicui. Item quia de potestate & iurisdictione inquisitorũ non apparebat. l. unica C. de mand. prin. & c. cum in iure, de offi. deleg. glo. in c. j. de cen. in vj. c. quoniam contra, de proba. auct. si quis in aliquo. C. de eden. non obstante quòd acta recitabantur in sententia, sed coram do. Hugone de Spina
1 *1514. fuit conclusum † quòd præsumebatur pro processu ex sententia, ex quo fuerat lata contra ipsum præsentem, & non appellantem per doctrinam Inno. in d. c. cum in iure cõmuniter approbatam, ubi etiam Abb. & Bart. in l. j. C. de relati. & Abb. post alios in d. c. quoniam contra col. xv.*

De Iureiurando.

Primæ Decis. SVMMARIVM.

Ad iurandum per horrescentiam, sufficit clausula de quocunq; licito, vel honesto iuramento præstando, maximè si detur potestas iurandi de calumnia, ac cuiusq; alterius liciti aut honesti iuramenti præstandi, fortius si necessarij.

EPITOME.

1 Iuramentum perhorrescentiæ potest præstari per habentem desuper speciale mandatum.
2 Clausula ad præstandum quodlibet licitum & honestum iuramentum, est sufficiens ad iurandum per horrescentiam.
3 Iuramentum perhorrescentiæ, licet debeat præstari ab initio: tamen virtute Innocentianæ in Rota potest præstari quandocunq;.

DECISIO PRIMA.

DOCTRINAM Io. And. & sequacium, *de qua in c. ut circa, in fi. de elect. in vj. quòd in casu d. c. & c. statutũ. §. cum uerò, de rescrip. eo. lib. ubi de iuramẽto †* 1 *perhorrescentiæ quòd possit præstari per aliũ, qui habeat desuper*

desuper mandatū, meo tempore seruat Rota quāuis Archi.teneat cōtrariū, ponderādo uerba per propriū iuramentū. Domi.uerò post Io.And.magistraliter in.d.c.ut circà distinguit, quòd aut iura requirūt, ut quis iuret simpliciter, & potest per aliū, ut patet in cle.j.de iureiur.cum autē exigūt iuramentum alicuius in propria persona, uel propriæ manus ipsius, & non potest per alium, secundū Io.An.aut requirunt propriū iuramentū illius, qui facit actū. & tunc aut ipse facit actū in propria persona, & per se iurare debet, aut facit per aliū, & per eum iurare potest: dum tamē habeat speciale mandatū. quia ut dicit Io.And. quāuis tua persona, uel tua manus non sit mea: tamen iuramentū, quod speciali mandato in animam meā præstas, meum est. patet, quia si sit falsum censeor periurus c.ij.de iureiur.in vj. & prædicta secundū Domi.faciūt ad not.in l.ij. §.quod obseruari. ubi etiā Cy. & Bal.C.de iur.calum. & ita in una Gerundeñ. māsi coram do. Martino de Spinosa 1516 & in alia Ianueñ. pluriū millium corā me 1518. Rota uoluit ad 2 iurandū † perhorrescentiā, sufficere mandatū, in quo dicatur quòd possit præstari quodlibet licitū, uel honestū iuramētū in animā constituentis, cūm tale iuramentū sit licitū. Item honestum & à iure approbatū, & in uerbo quodcūq; ueniat illud l.si pluribus.ff.de leg.ij. & fortius si esset uerbū necessariū, ex quo necessariū est quādo rescriptū fundatur in perhorrescentia, & signatura respōdet præstito iuramento prædicto, quia 3 aliàs iudex, nisi præstaretur † ab initio, nō haberet iurisdictionem ut d.§.cū uerò. & ibi no.licet uirtute Innocētianæ in Rota præstari posset in fine primæ, aut secundæ sentētiæ refectis expēsis, & hoc securius si esset facultas ad iurādū de calūnia, & quodcūq; alterius generis licitū & honestū, aut necessariū iuramentū præstandū, quoniā & si procurator generalis

iurare nequeat, ut no. gl. pe. in d. c. ut circa. & non sit specialitas ad iurandũ de perhorrescentia in dictis uerbis, nec expressus casus iuramenti calumniæ requirens speciale mandatũ c. fi. de iura. cal. & no. glo. in c. qui ad agendum. de procur. in vj. subiecta clausula generali de quocunq; alio iuramẽto, quo casu ueniunt alij similes etiam pares, ut in c. sedes, de rescrip. & d. c. qui ad agendum, cum ibi not. & satis esset quòd iuramentum perhorrescentiæ non esset magis, quàm calumniæ.

II. Decis. SVMMARIVM.

Dispositio pœnalis l. si quis minor. C. de trãsact. fundata in periurio, procedit etiã in contractu censuali, & alio quocunq; contra iurantem, non contra eius successorem, vel hæredem.

EPITOME.

1 Pœna. l. si quis minor. C. de transact. an habeat locum in omni contractu iurato? & nu. 7.
2 Census, an habeat caducitatem ob non solutionem? & nu. 6.
3 Iuramentum, an debeat regulari secundum naturam contractus, cui est appositum?
4 Pœnam specialem, quæ à iure non est expressè statuta, imponere non debemus.
5 Pœna certa à iure inducta, & non alia est imponenda.
6 Vasallus amittit feudum in solis casibus, in quibus id iura disponunt.
7 Periurium an faciat quem cadere à iure contractus ipso facto?
8 Iuramentum ex parte iurantis est personale, & non transit ad hæredẽ.
9 Iuramentum non facit hæredẽ, & de foro ecclesiastico si aliàs nõ est.
10 Hæres ex iuramento defuncti, periurus non existit.
11 Iuramentum ex parte recipientis, & personale, & reale esse potest.

DECISIO II.

QVòd cadat quis à iure contractus censualis iurati, si nõ soluat, ratione periurij in una Valentina castrorum 1519. coram do. Ioan. Ant. de Triuultijs inter magistrum, & ordinẽ sancti Iacobi de Spata & N. de Guyl. militem castrorum possessorem tenuit maior pars dominorum

per

1 †per l.si qs maior.C.de trãsa.prout in omni cõtractu intelligũt eã doct.quos ibi refert & sequitur Ias.ij.col.Aliqui tamen ex dñis cõtradicebãt,cũ uideretur eis rigorosum, q̃ in pœnis fieret extẽsio l.cũ quidã,de lib.& post.l.interpretatione.ff.de
2 pœ.c.odia,de re.iu.in vj.maximè in ipso cõtractu cẽsus,† qui nõ habet caducitatẽ ob non solutionẽ c.cõstitutus.ubi glo.&
3 doct.de reli.do.& ꝑpterea iuramẽtũ debebat † regulari secundũ naturã cõtractus l.fi.C.de nõ nu.pe.Pro quorũ opi.cõsiderabã nõ inducere perditionẽ iuris nec priuationẽ, quod nõ est lege cautũ.tex.est not.in auct.de nõ elig.sec.nub. §.cum igitur col.j.quẽ põderat Bal.in auct.ex testamẽto ult.col.C.de secun. nup.& quia erubescimus,& est periculosum in his terminis sine lege expressa hoc firmare l.illã.C.de colla.in auc. de triẽ. & semis.§.cõsideremus col.iij.Item quia nõ debemus impone-
4 re pœnã † specialẽ,quæ à iure expreßè non est statuta.glo.est menti tenenda ad propositũ in c.fi.de iurepat.quã sequitur ibi
5 Abb.& in c.querelã. iij.col.de iureiu. Et quãdo † certa pœna est à iure inducta,non est alia imponẽda,nisi per habentẽ plenitudinẽ potestatis c.bonæ.ij.iuncta gl.de elect.ubi Abb.& in c.uenerabilis.viij.col.uer.circa primum,de excep. pœna ergo statuta in transactione nõ inducatur in hoc casu. Ad idẽ quia
6 esset in materia feudi,uasallus † non perdit feudũ: licet ueniat contra iuramentũ fidelitatis,nisi in casibus, in quibus id iura dicunt.tex.est in c.j.§.illud.ij.quæ fuit pri.cau. benefi.amit.in usi.feud.Ita Alex.consi.ciij.uidetur prima consideratione pe. col.j.uol.adducẽs plura faciẽtia ad istam partẽ, nec etiã cadit ob non solutionem annuæ pensionis debitæ proferendo secundum communiores conclusiones,ut inquit idem Alex.in consi. xix.uiso themate uol.iij.nam & casus pœnales sunt stricti iuris.ideo non extenduntur l.in testamento la j.ff. de condi.&

demon.

demon.& in eis clara,& plena exigitur probatio secundum Bal.in c.j.col.fi.quali.domi.propr.feu.pri.qui notat primũ in l.cum proponas col fi.C.de hære.insti.Et nihilominus pro sententia maioris partis facit c.querelã.de iureiur.& ibi gl.j.&
7 fi.ac etiã Bal.notans quòd periuriũ † facit quẽ cadere à iure cõtractus ipso facto.& Alex.cõsi.lxxxv.non puto.j.uolu.ubi dicit cõmuniter teneri pœnã.d.l.si quis maior habere locũ in omni cõtractu iurato.& quòd dispositio exorbitãs tendẽs ad maiorẽ obseruationẽ iuramẽti,extenditur de casu ad casum ex idẽtitate rationis,ut no.per glo.& doc.in auct.sacramẽta puberũ.C.si aduer.uen.& Ias.cõsi.cvj.Magnifice prætor.v.col. iij.uol.ac idẽ Ias.in l.ij.in ix.q.C.de iure emphy.ubi firmat non inuenire cõtradicentẽ.& tenendo hanc partẽ potest respõderi ad d.§.illud.quod loquitur in iure cõsuetudinario feudorum singulari contra regulas iuris cõmunis. ideo non est trahendũ in consequentiã.l.quod uerò contrà,cum seq.de legi.Ita Bart. in l.ut iurisiurãdi.§.si liberi.ff.de oper.lib.& ad illud de pœna quòd periuriũ non est propriè pœna,sed crimẽ propter quod pœna infertur,ut ait Bal.in l.obseruare.§.proficisci.iij.col.ff. de offi.procons.hoc tamẽ nõ est excludere,quin simus in materia pœnali.Verum est quòd d.l.si quis maior exigit dolũ sine quo periuriũ non incurritur.l.qui iurasse,in prin.ff.de iureiu. xxij.q.ij.quæritur.§.item opponitur.de quo in terminis d.l.si quis maior.Bal.in d.§.proficisci.& Alex.qui uideatur in l.fi. ff.qui satisd.cog.quælibet autẽ causa etiã iniusta excusat à dolo.l.igitur.§.potest.ff.de libe.cau.& Ias.in d.l.si quis maior. j.col.Supposita autẽ parte affirmatiua ꝑ cõmuni fuit ab omni
8 bus cõclusum,quòd si in cõtractu censuali iuramẽtũ † ligabat iurantẽ,non tamẽ eius hæredẽ nec successorẽ c.ueritatis, de iureiur.ubi non est ille casus,sed conclusio est uera, quam tenuit

Io.An.

Io.And.in c.fi.de sepul.j.col.dicens ꝙ hæres non obligatur ex
9 iuramēto defuncti.neq; eius occasione potest † trahi ad forum ecclesiasticū.& doc.cōmuniter firmāt in d.c.ueritatis.ut refert & sequitur Abb.ibidē ulti.col.ꝙ iuramentū nō transit in hæredē etiā si quis iurasset pro se & successoribus,ac hæredi-
10 bus. Et tales nunquā sunt periurij † ex iureiurādo defuncti ac c.pe.eo.ti.Nam in spiritualibus ligatur anima,quæ sine ꝓprio cōsensu ligari non potest.Idcirco in eis requiritur speciale mādatum.c.fi.de iura.cal.in vj.Secus in tēporalibus in quibus obligatio trāsit in hæredes.l.unica.ut act.ab hære.& con. hære. Inci.l.ueteris.C.de cōtra.& cōmit.stip.Quāuis ergo iuramē-
11 tum † ex parte recipiētis quādoq; sit personale,quādoq; reale,ex parte tamē iurantis semper est personale,prout cōclusiuè infert Abb.in d.c.ueritatis.Sed prædicta procedūt non ligari hæredes,quo ad cēsuras & pœnas animæ,sed respectu pœnæ caducitatis ac resolutionis contractus.Sunt uariæ doctorū sententiæ,sicut domini fuerunt uarij.

De Exceptionibus.

Primæ Decis. SVMMARIVM.

Obiectus dare non potest regulariter veniēs ad causam vigore clausulæ, omnesq; alios post terminū ad articulādū bene seruatū, nisi cōtra iura,quæ post ipsum terminū quādocūq; producūtur in obseruatione termini,ad dicēdū cōtra ea.

EPITOME.

1 Tertius veniens ad causam pro suo interesse post terminum ad articulandum bene tentum,an admittatur ad dandos obiectus?
2 Obiectus quando post terminum ad articulandū dari possunt? & nu.4.
3 Admissus à iudice ad causam & non antea,potest videre regestrum.

Obiectus

5 Obiectus contra iura quæcunque post terminum exclusiuum producta, dari possunt.

DECISIO PRIMA.

1 VTRVM ueniens † ad causam uigore clausulæ generalis, omnesq; alios post terminũ ad articulandum bene tentum, postquã Rota non admittit obiectus ut est decisio.viij.& ix.de exceptio. in antiquior.& xxxiij.de proba.& de testib.xxvij.quæ fecit differentiam inter causam spiritualem & prophanam, posset dare materiam obiectiuam coram domino Sibiniceñ. de mense Aprilis 1521. fuit dubitatum in una causa N.& mihi uidebatur prima facie quòd posset, quia quãdo uenit ad causam dicitur habere eius notitiã non ante, unde quia prius non potuit, liceat cum primùm potest à simili eius, qui post terminum exclusiuũ ex noua scientia & causa admittitur l.de ætate.§.ex causa.ff.de interrog.act.c.pastoralis, de excep.& facit c.insinuante de offi.deleg.& c.ut circa, in uer.nisi aliquid, de elect.in vj.Et quia sine culpa non debet excludi c.cognoscẽtes, de constit. Itẽ quia etiã post terminũ ad articulãdũ Rota

2 admittit obiectũ, † qñ ante dictũ terminũ dari nõ poterat, ut si pducat gratiã post terminũ prædictũ citatus ad dicendũ cõtra gratiã, potest tũc obijcere cõtra eã, etiã si omnes termini essẽt tẽti, sed caueat ut statim in eo termino obijciat, qa postea nõ audiretur. ppterea nemo

3 † admittitur ad uidendũ regestrũ, nisi admissus à iudice ad causam, ita quòd statũ litis antea ignorauit. Scientia enim non præsumitur l.uerius. ff. de proba.& uidẽs causam agitari cõtra aliũ, quæ ad eum spectabat, uenit ad iudiciũ inuitatus & inuitus l.inter stipulantẽ. §.j.ff. de uer.obl. Sed fuit à maiori parte cõclusum, quòd non posset: quia admittitur ad statum, si petijt, & sine petitione & iure.

c.si

c.si hi contra quos,ut lite penden.in vj.& quia gaudet beneficio status litis,debet cum qualitate esse admissus, & onus pati l.eum qui.ff.de iureiur.Item in potestate sua erat,uenire uigore nouæ cõmissiõis,& nõ clausulæ generalis,& in tali casu non arctari ad statum causæ cum suis qualitatibus. Imputet ergo sibi regula damnum,de reg.iur.in vj.& l.ij.§.quod diximus.ff.si quis cautio. Posset dari post terminum † obiectus,
4 *quando de nouo peruenit ad notitiam,super quo statur iuramento partis c.ut circa,ut supra de elect.in vj.& cle. constitionem.eo.titu.Item in proposito ueniendo cum noua commissione de nouo ad causam non utendo statu,uel cum commissione aduersarij citando in ingressu aduersarium ad dicendũ contra commissionem,& successiuè ad libellandum, quia non est tunc quod imputetur uenienti ad litem,nec de quo conqueratur aduersarius.Item si instrumenta ab alterutra partium aut*
5 *iura † quæcunque post terminum exclusiuum,etiam in calculo ferendæ sententiæ,producantur contra talia,potest dari obiectus, quando pars citatur ad dicendum contrà, quoniam ante citationem non uidentur producta iura, ut arctent ad opponendum, & faciant fidem. glo. & Bar in extrauagan. ad reprimendum in uerbo de plano quo in cri. le. ma. proce. facit decisio Egi.xxvij.& Lud.Ro.consi.cccccxix.Pars ergo producens statim citet aduersarium ad cõtradicendum, & seruet terminum.Et citatus, si terminus ad articulãdum erat tentus, cõtradicat in termino,qui tenetur,quo ad iura nouissimè producta,aliâs postea non audiretur prout practicatur.*

II. Decis. SVMMARIVM.

Non est merè obiectus, quo probato excludo, & includo mecum titulum.Vel sic,quando

obiectus

obiectus cõseruat titulum obijcientis est de iure dantis.

EPITOME.

1 Exceptiones articulatæ, siue articuli includentes, etiam per indirectū ius dantis non dicuntur merè obiectiuæ.

2 Per reum & possessorem obiectus, etiam sine titulo dari posse, quomodo intelligatur?

DECISIO II.

1 IN eadem causa fuit tentum non esse merè obiectum, si data inualiditate prouisionis aduersarij probata professione & religione, subintret, & ualeat prouisio mea non obstante quod Old. subtiliter oppositum sentiat consi.cxvj.& clxx.& ibi quòd sit de iure dantis, quando directè canonizat titulum, non quando indirectè & exemplificat, quia pluries uidi practicari, quò l quomodocunq; ostendam aduersario ius non cõpetere, & includam ualiditatem tituli mei, etiam per indirectum totum sit de iure meo, & hoc per decis.xviij. & xix.de excep.in antiq.pro qua obseruãtia & decisionibus facit, quia non est merè obiectus, ideo debet admitti facit d.cle.constitutionem, de elect. uel si esset materia obiectiua, admitteretur tamen non ut obiectus, sed ut ius partis, ut dicit Rota.j.in no. de sequest.poss.& fruct.& de testi.in antiq. xxvj. & Fely.in c. olim, de rescrip.pe.col.declarans materiam, & decisiones vij. & viij.de excep.in antiq.& ij.in antiquior.Bisignet.dum di-
2 citur etiam reum & possessorem posse dare obiectum sine titulo, ut intelligatur, nisi esset lapsus terminus ad dandum obiectus, quia non renouabitur ad dandũ omissos, nisi inferant nedum ius non competere aduersario: sed etiam competere danti obiectũ, uide ibi melius quàm alicubi: & in materia loquuntur decis.xiij.xiiij.xix.& xx.de testi.in antiq.cum alijs pluribus sequentibus.

De Sen

De Senten. & re iudica.

Primæ Decis. SVMMARIVM.

Sicut adiudicatoria, ita absolutorio sententia in beneficialibus validè ferri potest pro superstite mortuo colligitigāte citatis interesse putantibus, & extinguit litem si ex noua persona surrogata non sustineatur.

EPITOME.

1 Docto de obitu actoris proceditur per audientiam contradictarum, citatis interesse putantibus.
2 Sententia nedum adiudicatoria, verum etiam absolutoria contra interesse putantibus mortuo actore, valida reputatur.
3 Permissum esse videtur, quod non reperitur expressè prohibitum.

DECISIO PRIMA.

DVBITAVI in causa Taurineñ. Cappellaniæ, quæ erat mihi commissa inter Alex. de Lecanis & Ant. de Romagnano an sentētia absolutoria lata per do. Martinū de spinosa in fauorē Antonij panis cū impositiōe perpetui silenty de more palatij, ut de re iudi. in antiq. xxvij. citatis 1 *† interesse putantibus per audientiā contradictarū docto. de obitu Latini, de Benassays actoris esset ualida, & litē extingueret? quia licet procedi posit ad adiudicationē secūdum Rotā. ut lit. pend. viij. in nouis, non tamē ad absolutionē, nam mortuo actore reus est cōsecutus suum intentum: quia re ipsa ab actoris petitione absolutus, ex quo mortuo actore moritur cum eo sua petitio, cum sit personalis in auct. de nup. §. deinceps colum. iiij. unde dicitur lis finitā sine sententia, ut inquit Egid. decis. clvj. Ioan. And. in c. si hi contra quos ut lite pē. in vj. in no. & ita affirmabat dn̄s Thomas Regis procura-*

tor Alex. se audiuisse à domino Alexandrino, quando erat auditor Rotæ, quòd pro reo absolutoria dari non poterat, quoniam nec intererat, sed domini uoluerunt 1 5 2 1. de mense Maij
2 ualere sententiam † dicentes, quòd dicta decis. viij. non negat, quin peti posset etiam ad effectū absolutionis, & hoc propter multos effectus, & maximè si casu procederet illud, quòd nō finitur lis nisi per sententiā ut Rot. x. eo. ti. in no. Item Egi. dicit finitam litem, nisi reus uelit, prosequi, & ita Io. An. intelligit in d. c. ij. & est tex. in cle. j. eo. tit. §. si uerò etiam mortuo petitore, dummodo possessor seu alius cuius intersit, litē prosequatur. potest ergo prosequi, & non dicetur lis finita, & ualebit sententia, & se onerare expen͂. quando ita placuerit etiam si non consequetur aliquid ultra absolutionem, sicut est in optione, quòd lis extinguatur magis per sentētiā, quàm per renunciationem uel mortem, aut per taciturnitatem non prosequendo, ut dicit glo. in d. clemen. j. quod prosequitur Mil. in uerbo litis pendentia non finitur, nisi per sententiam, & in uerbo litis pendēte quoad litigantem, & ibi lis finitur, & uitium litigiosi purgatur & c. nisi restringendo prædicta diceres possessorem posse litem prosequi ad effectum adiudicationis tantum, non absolutionis prout etiam Egid. sentit decisione lxxv. xcv. cum text. & docto. simpliciter loquuntur & Egid. in d. decis. quòd non sit uerisimile reum uelle se expen͂. & litibus fatigare, asserit non quòd nequeat, & in allegata decisio. xcv. inquit se magis dubitare. Item aut apparenter non prodest absolutio, & omnino cautela talis non nocet l. testamentum. C. de testamen. maximè cum ita placeat, quo casu utile iudicatur inspecta uoluntate, sicut nocere diceretur si id obtinere non posset, uel fieret contra eius uoluntatem. §. præterea si quis generaliter instit. de act. l. fin. de usu

& ha

& habita. Bart. l. ij. iiij. colum. ff. so. mat. & glo. super uerbo meliores in c. fi. de cõsue. in vj. aut apparenter prodest in aliquo, uel prodesse potest, & multa latẽt in quibus forsan necessaria, aut expediens erat, seu esse poterat absolutio, & consilium fuit eam obtinere. Ita quando quis dubitat posse probari contra se, uti potest cautela l. si quidẽ. C. de excepti. prout in casu dubitari posset, an noceret nõ haberet absolutionem, uel prodesset habere de præsenti aut in futurum. Propterea non
3 *reperitur † expresse prohibitum ergo permissum l. j. de procu. l. j. de testi. ff. & c. cum apud despon. & mat. cum simi. de quo Brocardo, & econtrario est tex. iuncta glo. in c. corporalia super uerbo non inuenitur de transla. epis. & pro ista decis. uide aliam, quæ incipit mortuo sub ti. de.*

II. Decis. SVMMARIVM.

Absolutoria pro reo in beneficialibus, ita potest & debet dari cum sola supplicatione in secunda & tertia instan. sicut in prima. Vel sic, sola supplicatio absque literarum expeditione sufficit reo ad reuocandam adiudicatoriam contra eum latam, & obtinendum absolutoriam, etiam si ex aduerso literæ apostolicæ sint expeditæ, & productæ ac canonizatæ.

EPITOME.

1 Supplicatio sola si per eam constet de non iure actoris etiam in secũda & tertia instantijs, sufficit ad absolutoriam obtinendam.
2 Literæ per actorem productæ & canonizatæ non sunt impedimento, quin reus docto de non iure posfit absolutoriam obtinere.
3 Sententia condemnatoria, reuocari potest per absolutoriam.
4 Supplicatio iuris proprie, vel iuris tertij exclusiua iuris agentis procedit à pari quoad absolutoriam obtinendam.
5 Regula quòd non iudicetur iuxta tenorem supplicationis, sed literarum quomodo procedat & interpretetur.

DECISIO II.

OBtentum est in palatio ut reus qui fuerat cõdemnatus lata contra eũ canonizatoria tituli aduersarij, absolua tur diffinitiuè cum perpetui silẽtij impositione in secunda aut
1 tertia instañ. in qua det † supplicationẽ signatã & datatã, per quam constet de non iure aduersarij & literas canonizari nõ debere, & hoc cum reuocatione primæ aut secũdæ prædictæ non obstañ. quòd tres dñi clamabã id fieri non posse, aut non
2 esse in usu sine expeditione literarum, quando literæ † ex aduerso etiã in actis, & canonizatæ per diffinitiuã, quæ necessariò pro absolutione erat reuocanda quia l. qui accusare de edeñ. l. fi. C. de rei uendi. c. unicum ut ecclesia. benefi. si. di. cõst. cum alijs, quæ dicunt debere reum absolui actore non probãnon requirũt à reo ut aliquid producat pro absolutoria. unde etiam si ex productis tantũ per actorem constaret de non iure actoris, uel quia reus ad nullitatẽ gratiæ solum daret de regula reuocatoria seu de publicationis defectu proculdubio ab-
3 solueretur † in quacunq; instantia, & reuocarentur condẽnatoriæ sententiæ. ergo & quando supplicatio detegit non ius
4 actoris, quia idem si per supplicationem † appareat de iure tertij exclusiuo iuris agẽtis l. loci corpus. §. fi. si ser. uendi. & Bar. l. ij. ff. de exce. rei iudi. quo casu tentũ est satis esse producere supplicationẽ iuris tertij sine literis hoc est plusquam eo modo docere de iure proprio & ita 1521. de mense Maij in una Redoneñ. parrochialis sancti Helerij coram do. Triuultio in prima & do. Breuio in secunda, cum registrum uideram pro causa Gebeneñ. parrochialis de Ochia, quæ pendebat coram domino Hugone de spina super illo articulo, an in tẽporali unione detur uacatio, ut prius, uel per dissolutionem, & remaneat effectio nec ne, retuli prout uideram uere dominus

nus Antonius de mõte reuocauerat sententiã domini Triuultij Canonizatoriam in prima gratiæ si neutri & absoluerat Iacobum qui dederat de iure tertij cum supplicatione, & absq; literarum productione, ut in futurũ non dubitaretur, quin etiã
5 *antiqui patres ita obseruassent* ꝙ *placuit.* Regula † *autẽ* ꝙ *nõ iudicetur secundum tenorẽ supplicationis, sed literarum desuper expeditarũ procedit in adiudicatoria non in absolutoria, & sic est interpretata ad cõclusionem, & ad prædicta facit decis.* Rot. iiij. *in no. de re iudi. & aliquam annotaui cum motiuis in utraq; incipiẽs, quamuis ad canonizationem sub ti. de resti. spoli. & prima, ac tertia etiam in no. de re iudi.*

De Appellationibus.

Primæ Decis. SVMMARIVM.

Appellatio seu intimatio extraiudicialis, per quam causa beneficialis deuoluitur ad sedem apostolicam non requirit affixionem, idẽ in citatione, quæ fit etiam in alijs causis vigore cõmissionun de curia aliter, quàm per edictum publicum non reperta persona citandi iuxta terminos cle. causam de elect.

EPITOME.

1 Intimatio appellarionis in casu cle. causam. §. qđ si forsan facta absq; eo, quod affigatur est bona, & causam deuoluit.
2 Citatio per edictum decreta necessariò est affigenda.
3 Executio citationis, quomodo fieri debeat?
4 Forma tradita in d. cle. causam est seruanda in executione citationis, vigore commissionis decretæ.
5 Differentias inter appellationem iudicialem & extraiudicialem vide remissiuè.
6 Lis per appellationem extraiudicialem, non dicitur pendere.

DECISIO PRIMA.

TENTVM *fuit in una* Redoneñ. *parrochialis de Curia coram me* 1520. *de mense*
1 Maij *quòd intimatio † appellationis extraiudicialis facta in duobus locis non reperta persona in casu cle.causam.§. quòd si forsan de elec. erat bona, licet nõ fuisset affixa in eisdem cedula appellationis, ex quo tex.d.cle. solum requirit quòd porrigatur, seu perlegatur tenor appellationis, & detur copia si petatur quo facto fit deuolutio ad sedem apostolicam. & hoc quando est in personam domini uel procuratoris, & in eorum absentia, quòd fiat publicatio & porrigatur copia si petatur, & est in frequenti usu iste modus citandi & deuoluẽdi. Quando uero decernitur*
2 *ro decernitur † per edictum probato non tuto accessu, tunc est affixio necessaria cle.j.de iudi.&* Rota *de do.& cõtu.viij. in no.& aliâs iuxta formam citationis decretæ in qua dicitur fiendã esse in locis designatis affigendã, publicandã, & exequẽdã &c. Sed quãdo non decernitur per edictũ nihil dicitur de*
3 *affixione, sed mãdatur q; executio † fiat, & citatio in proprijs personis, si cõmodè haberi poßint, alioquin in hospicijs habitationũ suarũ, si ad eas tutus pateat accessus, & in parrochiali &c. uel in cathedrali & parrochia, nec nõ in parrochiali seu parrochialibus, sub qua uel quibus degũt alijs'ue ecclesijs, & locis publicis infra mißarũ et aliarũ diuinarũ horarũ solẽnia, stãte populi multitudine ad audiendũ diuina seu aliâs legitimè congregata, & quòd publicè alta & intelligibili uoce fiat taliter, quòd uerisimiliter sit ad citandorũ notitiam indubitatã peruenire, ne ignorantiã aliquã quomodolibet allegare ualeãt, & hanc formam palatium habuit ex d.cle.causam cum materia, nedum quando de partibus appellatur ad sedem apostolicam*

licam ut supra, uerum etiam quando uirtute commißionis decernitur in palatio citatio forma, & modo præmißis sufficit publicatio absq; affixione. Loquitur autẽ d. cle. in beneficialibus, non in alijs causis realibus & personalibus d. Card. ibi in d. §. viij. q. Sed in omnibus causis uidemus ita seruari. Ideo Ro-
4 ta † xxij. in no. de rescrip. dicit fuisse ordinatũ, q. si causa cõmittitur cũ potestate citandi in partibus, seruanda est forma cle. causam. & aliâs de appellatione extraiudiciali, loquuntur tex. in c. j. c. ut circa. c. pcurator. de elec. c. cõcertationi de appel. in vj. & dicitur appellatio extraiudicialis prouocatio ad causam incipiendã, qñ fit extraiudiciũ causa non cœpta c. cũ in Romana de appel. Et ibi Abb. ponens aliquas differentias
5 † inter appellationem iudicialem & extraiudicialẽ. & in c. dilecto. de except. pe. col. ac in c. cum I. & A. de re iudi. colũ. iiij. & magistraliter colligit xiiij. in c. bonæ. de appel. & q. ge-
6 neraliter in duabus cõueniunt. Sed per extraiudicialẽ † appellationẽ lis nõ dicitur pendere secundum Rotam eo. tit. lxix. in anti. an autem attentata post extraiudicialem appellationem sint nulla uel annullanda, uideatur post But. & Abb. Philip. Franch. in c. consuluit. & c. sæpe eo. ti. & latius in c. bonæ.

II. Decis. SVMMARIVM.

Appellatio procuratoris eius, qui cesſit liti & causæ non est admittenda à diffinitiua sententia, quando procurator sciuit dominum cesſisse, secus si ignorauit. Vel sic, per cesſionem litis, & causæ inducitur tacita reuocatio procuratorum quo ad ipsam litem.

EPITOME.

1 Appellatio procuratoris post cesſionem & litis & causæ factam per dominum, non est admittenda: & nu. 8.

2 Reuocatio procuratoris tacitè intelligitur esse facta, si dominus liti & causæ cessit.
3 Mortuo principali procur. etiam effectus dominus litis non est citandus, si proceditur contra interesse putan.
4 Procura. dominus litis effectus, an possit reuocari, & nu. 5. & 6.
5 Procur. efficitur dominus litis, ad domini non sui commodum.
6 Rescriptum auocatorium si sit surreptitium est nullum ipso iure, quia auocatio est odiosa.
7 Renunciare liti & causæ, & renunciare iuri quid importent?
9 Iudicium seu actus cum procuratore reuocato, quando teneat? nu. 12.
10 Sententia si fertur non visis actis, est nulla.
11 Sententia lata contra iam defunctum non tenet.
13 Procura. rectè agit etiam in fauorē reuocantis, donec certificetur.
14 Certificatio an sit in consideratione, quando agitur de præiudicio reuocantis?

DECISIO II.

NOta quòd uoluerunt domini 1519. de mense Octob. in duabus causis corā domino Mercurio de Vipera & Ni
1 *colao de Aretio, q. quia principalis † in causa beneficiali cessserat liti & causæ ante sententiā deffinitiuā eius procurator à tali sententia cōtra suū principalē lata, appellare nō potuerit*
2 *ea ratione, quia p cessionē uidetur tacitè reuocatus, † licet iuri nō cesserit, ex quo quātū ad litē & causam cessit, et habuit animum non litigandi, uel saltem declarauit illā litem prosequi nolle, pro qua cōclusione facit cle. fi. de procu. q. sicut ibi per obitū rectoris ecclesiæ reuocatur procurator, ita hic per cessionē cum locū habeat etiā in moriēte ciuiliter ex identitate rationis Rot. in no. xxviij. eo. ti. & hoc intelligendo cle. etiā si ageretur super propria causa nō solùm si pro ecclesia prout secundo modo glo. sentit. & Car. ibi in j. q. qui etiā uideatur in prima & Egi. decis. v. in fi. declarat q. prosecutio tituli beneficialis non cōpetit nomine ecclesiæ, sed proprio. Nihilominus me dubitante in una alia, an mortuo † principali in causa*
3 *super titulo beneficij potuerit decerni processus contra interesse putantes, absq; eo q. citaretur procurator mortui, qui erat*

erat etiam effectus dominus litis, fuit responsum quod sic, & ꝙ ita fuerat intellecta d.cle. & erat in practica quæ intelligẽtia uidetur cõtra prædictos. Ideo cõsiderabis nõ obstãte ꝙ ꝓcedãt præmissa qñ liti renũtiaretur, quia uerum est remanere ius, & super eo de nouo agi posse non amplius quo ad causam & instantiã, cui est per cessionẽ renũtiatum. Nec refragatur
4 quòd expreßè reuocari nõ potuisset procurator † dñs litis effectus l.ante litẽ cum se.ff.de procur. ergo nec tacitè, est enim seu reputatur una persona cũ domino. dicit glo. in l.si procurator.ff.de do.ma.excep. quia secundũ Zenze. quem refert & sequitur Card. in d.cle.iiij. opinione hoc non est ad cõmodum
5 † procuratoris, sed dñi ꝙ per contestationem efficiatur litis dñs l.qui proprio.§.procurator ut in cæteris.ff.eo. & cũ nullum effectũ dominij habet, non potest dici priuatus aliquo iure dominij. Item dicitur solùm factus dominus instantiæ quo ad hoc, ut sine causa reuocari non poßit, ut in dictis iuribus. sed in tacita reuocatione non cadit considerare cũ causa, uel sine. unde ualeat reuocatio, & in eo plus operatur tacita, q̃ expressa, quod est mirabile secundum Zenze. in d.cle. & contra regulam l.cum quid cum ibi no.ff.si cer.pe. quinimo ut subijcit Car. in dicto loco etiã expreßè reuocari potest post litem cõtestatã taliter, ꝙ reuocatus postea nihil potest, quia si se ingereret esset suspectus l.quæ uiã.ff.eo.de procur. Cum tantùm id poßit uelle, ꝙ causa cognoscatur, an sit iustè reuocatus. & hoc pro cõseruatione suæ famæ quæ uidetur grauari de facto, qñ sine causa, unde istud non impedit effectum reuocationis. Ita in d.l.quæ omnia.uer.nisi fortè. & hæc interpretatio congruit iuribus adductis & aliàs placuit. pro qua in simili facit quod Inno. Host. & Ioã. And. dicunt in c.ex literis de offic.de-
6 lega. ꝙ auocatorium † rescriptũ si sit surreptitiũ est ipso iure

 nullum

nullum, quia reuocatio est odiosa, quoniam fit contumelia iudici, qui sine causa reuocatur, iudicis enim & procuratoris nõ interest q̃ reuocentur, dũmodo cum causa & sine cõtumelia, in procuratore uideatur c.ij.& c.si quem de procur.in vj.& ibi docto. Goffr.in sum eo.ti.v.col.intelligit etiã ut solum audiatur procurator uolens probare falsam causam suspicionis, quã dominus prætendit, & eatenus audiatur, ut estimationem suam defendat, non ut procuratione uti uelit, subiungens, q̃ is contra quẽ procurator institutus est, audiatur in hoc, cũ eius intersit diuersis procuratoribus nõ impugnari d.l.quæ omnia. Decisio autẽ Rotæ.xxv.de procu.in anti.facit differẽtiã inter secundam instantiã & primã ea ratione, quia diuersa est causa principalis à causa appellationis, uide ibi redeundo ad casum si procur.erat tãtùm dominus instãtiæ nimirũ si quantũ ad illã instantiã: & litem nihil poßit post ceßionem: quinimo si essemus in prophanis per renunciationẽ litis esset renunciatũ instantiæ causæ, & iuri in iudiciũ deducto: adeo quòd ad eandẽ denuo redire cedens non posset, ex quo per renunciationẽ esset finita l.postquam liti.C.de pact.quam ita declarat ibi
7 Alex.& de ceßione litis & causæ. Itẽ litis, causæ, † et iuris & quid importent per Bar.in l.naturaliter.§.nihil cõmune col. iiij.ff.de acqui.pos.& Abb.in c.dudum ij.de elec.iiij.col.in c. cum pridem de pact.in prin.c.pastoralis de causa pos.& proprie.col.iiij. Sed quia sumus in beneficiali titulo, & super eo agitur non inducitur renunciatio titu.nec iuris super eo, nisi fiat in manibus habentis potestatem c.admonet c.quòd in dubijs c.dilecti, cum ibi not.de renun.& in materia est elegans decisio iij.eod.titu.in no.quæ practicatur prout dicit q̃ renũciatio litis debet fieri coram proprio auditore, qui non admittit ceßionem iuris si fieret: quia nec potest, sed litis & causæ

tantum,

tantum,& iuris corã superiore aliàs facta non ualet & po=
nit inter ea differẽtiam.Conclusionem autẽ intellexerunt do=
8 mini ut non admittatur † appellatio procuratoris si sciuit do
minum cessisse,secus si ignorauit,sed si tacitè reuocatur pro=
cur.per cessionẽ quid refert sciat procurator uel ignoret? &
ad l.si procuratorem in fi.ff.de procur.l.unica.C.de satisda.c.
mandato de procur.cum materia.& c.ex parte decani quate
9 nus loquitur de iudicialibus de rescriptis,quod tenet † iudiciũ
cũ procuratore reuocato,si reuocationem iudex & aduersa=
rius ignorauerũt,potest dici q; in iudicialibus nõ attẽditur sci
entia aut ignorãtia reuocati,sed tantùm aduersarij uel iudicis
aut utriusq;.unde sumus in diuersis casibus nõ aduersis l.fi.ff.
de calũnia.& quãdo essemus in similibus non obstaret. tenẽdo
opinionẽ glo.& Bar.in d.l.unica,q; quando iudex sciuit iudi=
cium sit nullũ,si cessio fiat in manibus iudicis,ut supra.uel sit
10 in actis,quæ non licet iudicẽ ignorare, † ex quo non uisis eis
sententia est nulla glos.& docto.in c.ecclesiæ sanctæ Mariæ
de consti.c.tum ex literis.cum ibi no.de resti.in integr.& est
longa apostilla Alex.ad Bar.in.l.prolatam.C.de sententijs &
quærimus an iudex debeat,uel nõ admittere appellationem? si
uerò tenuerimus opinionem gloss.in d.c.mandato.& Abb.ibi
in c.ex insinuatione & c.in nostra eo.tit.q; sufficeret alterius
scientia,idẽ dicit in iudice ut est ostẽsum nõ cadat hic ignorã
tia,quando uerò daretur casus,quòd iudex ignorasset et pars
sciuisset,& esset uera opinio glo.& Bar.in d.l.unica.q; uale=
ret sententia, potest secundo dici,quod ibi sumus in expressa
reuocatione,in qua id est q; potest imputari reuocanti, qua=
re non certiorauit iudicem aut aduersarium seu utrũq;,secũ
dum uarias opiniones? At in tacita reuocatione à lege inducta
nihil tale potest imputari,& hoc attento Bart.in d.l.si pro=
curatorem

curatorem.& Abb.in d.c.mandato uolunt q; indistinctè non teneat iudicium,& quòd iura loquentia in expressa non ha=
11 *beant locum in tacita.nam † nec sententia lata contra defun=ctum tenet l.de qua re.§.ij.de iudi.l.pe.ff.quæ sen.si. appel.re=scin.Aliud est in sciẽtia partis uel iudicis aliud in sciẽtia pcu ratoris,de qua uel ignorãtia in iudicialibus iura non curãt nõ obstañ.cle.j.de renũcia.& d.c.ex parte decani inquãtũ dicit de extraiudicialibus,qa habet uarias lecturas ubi actus ualet,*
12 *nisi † peruenerit reuocatio ad notitiam superioris uel procura toris reuocati.Quia primò respondetur q; procedunt in ex=pressa nõ in tacita reuocatione.Secũdò in extraiudicialibus nõ in iudicialibus,an autem in tacita reuocatione locum habeat, quòd re integra uel non idest ante litem contestatã,uel post in ducatur reuocatio,& quid in expressa uideatur Card.magi=straliter in ca.quoniã.Abb.de off.deleg.v.vj.&,vij.q.Sed pro distinctione dñorum reperio Abb.in d.c.ex parte ultimo not.*
13 *dicentẽ quòd quicquid agit procur.reuocatus ante † certifica tionẽ reuocationis etiam in fauorẽ domini tenet ita,quòd ad=uersarius non potest allegare illam reuocationem in præiudi=cium reuocantis,& in hoc habet tex.pro not. dicens q; idem uoluit ibi glo.& Inno.nisi dicamus,quòd loquitur in extraiu=dicialibus cũ in iudicialibus doc.solùm respiciãt ad notitiã iu=dicis uel partis,nõ autẽ procuratoris reuocati prout de mat. per eundẽ Abb.ibi.iiij.col.& uerbũ aduersarius potest uerifi=cari in eo,cuius interest ualere uel non actũ extraiudicialem, uel qui postea propterea litigaret,et sic esset aduersarius,& si Abb.intellexisset de actu iudiciali & eius dictum esset uerũ, posset responderi,quòd loquitur de expressa non de tacita re=uocatione,sed hoc non obstaret in proposito,ex quo in tacita per mortem militat ratio Bart.& Abb.de qua supra non in*

tacita per cesßionem,in qua est quid imputetur cedenti sicut expreßè reuocanti.Ideo in utroq; idem sit l.illud.ff.ad.l.aquil. c.inter corporalia de transla.epi.c.cū dilecta de confir.uti.uel inuti.c.cum martæ.§.fi.de celebra.misſa.& tunc uis esset an Abb.de iudicialibus senserit an uerum sit,& ad illud,q, iudex non potest ignorare,in isto casu posset dici non esse uerum, quando coram alio iudice uel in manibus Papæ esset facta ces sio,licet sit restringere,& posset ad dictum Abb.considerari, quòd quicquid fit post reuocationem alicuius, etiam si cedat in eius cōmodum dicatur fieri contra eius uoluntatem,& sic iudicetur incōmodum,& non ualeat per tex.in.§.præterea si quis generaliter insti.de usuca.& Bar.in l.ij.in prin.iiij.col. ij.so.ma.quia sicut non cogeretur recipere contra se,non debet admitti contra alium,quin posset allegare reuocationem & uoluntatem,ne claudicet actus l.fi.C.de fruc.& lit.expen. & ita glo.in d.c.ex parte sentiunt,nec bene perpēdendo quòd glo.& Inno.dicunt id,q, colligit Abb.ex text. quinimo quomodocūq; sentiat Abb.contra eius dictum in gl.ij.c.ij.de pro cur.in vj.q, indistinctè ualeat reuocatio in præiudicium reuocantis & Host.in c.auditis ac Rot.eo.tit.in antiq.xj.q, constituens nouos procuratores ad acceptādum uidetur primus re

15 uocare.esto quòd non sint certificati,cum certificatio † non inspiciatur,quando agitur de præiudicio reuocantis, & sumus ibi in extraiudicialibus & idem Abb.in d.c.mandato col ligit in principio,q; non ualet procuratoris reuocatio post li tem contestatam,si ipse procurator tātum fuit certioratus.& hoc in præiudicium aduersarij,qui debuit certificari, sed ualuit in præiudiciū reuocātis,quia non potest prætendere defectum ignorātiæ.ut no.in d.c.ex parte & loquitur in iudicialibus.Ad idē Fely.in d.c.ex parte.iij.fallentia.x.col.dicēs fallere regulam,

regulā,ubi agitur solùm de præiudicio constituētis,quia ualet reuocatio etiā nō intimata & gesta per ipsum sunt nulla.etiā si sententia esset lata.Allegat post alios Paul.de Cast.in d.l.si procuratorē qui loquitur in iudicialibus.Aduerte tamen quia Card.in d.cle.v.q.inquit tex.ibi procedere siue fiat reuocatio procuratoris tacitè,siuè expreßè,et hoc nisi taciti,& expres si esset diuersa ratio,sed Bar.in l.si quis.§.iul.ff.de procur.& Abb.in c.non iniustè eo.tit.col.j.firmant q per constitutionē secundi procuratoris,quando est lis contestata non reuocatur primus:quia nec potest sine causæ cognitione,quæ causa in re uocatione tacita non cadit,ex quo opinio Pau.de Cast.in d.l. si procuratorem uidetur destrui hoc casu.& uide in materia distinctionem Bar.in l.mutari.ff.eo.& adducta supra & circa reuocationem procuratoris in iudicio,& extra iudicium ad negocia uideatur in.iiij.col.cū se.& Bal.in c,audita.de resti.spoli.& in d.l.unica.Imo.& Abb.in d.c.ex parte & Rot. de procur.in no.ij.iuxta additionē,quādo agitur cū certa persona,quādo cū incerta & Imo.etiam in d.c.mandato eo.titu.

III. *Decis.* SVMMARIVM.

Cōdemnatus qui appellauit coram alio iudice, vel honesta persona tenetur ad expēsas in negocio executionis cōtra eum factæ,quousq; appellationem produxit,quā iudex qui pronunciauerat,& pars quæ sententiam pro se obtinuerat ignorabant.Idem si non constet de mandato appellantis,quod extabat tempore appellationis quoad expensas executionis,vsq; ad productionem ipsius,& sic in similibus.

EPITOME.

1 Appellatio absente,uel impedito iudice coram honesta persona inter poni

poni poteſt.

2 Appellans in abſentia iudicis, tenetur ad expenſas in articulo executiuo factas, quouſq; appellationem produxit.

3 Expenſæ contumaciales ſemper præſtantur, etiam ſi contumax iuſtam habuerit cauſam litigandi?

4 Expenſæ executionis factæ poſt appellationem procuratoris, de cuius mandato non conſtabat, vſq; ad productionē mandati ſolui debēt.

5 Clericus ſi ante ſententiam non excipit, de priuilegio clericatus, tenetur ad expenſas.

6 Attentata poſt appellationem extraiudicialem, an & quando veniūt reuocanda?

DECISIO III.

SAepe impedito iudice qui diffiniuit coram alio, uel honeſta perſona appellatur legitimè Rot. de appella. in no. l. Mil. in uerbo appellatio fieri debet, & dico in alia deciſione incipiente. Appellauerat quidam. contingit q́ habens pro ſe diffinitiuam, proceſſit ad executionē, & condēnatus poſt aliqualem proceſſum produxit appellationem, fuit concluſum
1 *q́ ad expenſas † in articulo executiuo factas, uſq; ad terminū, in quo appellationē talē exhibuit appellans, appellatio teneatur, ex quo appellatus, & iudex exequentes in nihilo peccarunt appellationem ignorantes, poſt terminum autem appellationis productæ tenetur appellatus l. ſi quis inficiatus. ff. de po. & no. Bal. ibi ad utrunq; quòd quis poteſt habere iuſtam cauſam litigandi uſq; ad certam partē iudicij, & uſq; ad certam non: quod inquit tene menti propter expeñ. refectionē. Appellans uerò à culpa aut dolo nequit excuſari, quia paſſus eſt expenſas fieri, & ad executionem procedi, ideo ſibi imputetur l. quòd quis ex ſua culpa. ff. de reg. iur. c. damnum eo. tit. in vj. ad hoc c. exceptionem de excep. c. j. in prin. eo. titu. in vj. ubi differens excipere de excommunicatione condemnatur in expenſis, pro quo in ſimili c. finem litibus de dol. & contu. &*
2 *ibi gloſſ. in uerbo expeñ. notans quod omnes expenſ. † quæ fiunt*

fiunt ob contumaciam alterius partis indiſtinctè præſtantur, qualencunq; litigandi cauſam habuerit is, cui præſtatur, ad quod allegat multa iura facientia ad propoſitum: nec uidetur carere ſuſpitione malitiæ qui citatus ſuper executione diſtulit opponere de appellatione, forſan ut aduerſariũ laboribus & expeñ. fatigaret, & de nullitate actorũ ageret, ac dictorũ iuriũ: aut ſaltẽ eſt culpoſus, quod ſufficit, & forſitan non liber à cõtumacia, pro qua & qualibet etiã ante peremptoriũ fit in expeñ. cõdẽnatio, & poſt perẽptoriũ etiã excõmunicatur, cum ſit delictum ita gloſſ. in c. j. de do. & contu. in vj. c. j. cum ibi not. de iudi. l. omne delictum. §. contumacia. ff. de re mil. facit c. j. in fi. & ibi Phi. franch. de appel. in. vj. & l. eum quem temerè iuncta glo. ff. de iudi. ubi temeritas ad idẽ obligat, ac libelli confuſio ſecundum unam lecturã & hoc etiam accidit,
4 *quãdo quis appellat † pro alio & uerè eſt procura. & de mãdato non docet, ſiue non poſſit ſiue nolit, quoniã eius principalis ſoluet expenſas executionis uſq; ad diem productionis mãdati, uel ex dolo, culpa, aut negligentia ſua aut procuratoris, de qua etiam regulariter tenetur l. & eleganter. § ſi dolo l. arbitraria. § dolo. ff. de dolo l. ſi procurator. C. de procuratoribus c. j. iuncta gloſſ. ut lite non conteſta. c. cum olim de cau. poſ. & proprietatis. ubi glo. & c. ſignificante cum glo. de appella. & Phil. franch. in c. ex ratione col. viij. eo. ti. & iſtud in pluribus cauſis abſq; aliqua diſceptatione memini firmatum,*
5 *quòd etiam † in clerico nõ excipiente de priuilegio clericatus ante ſententiã, ſed poſtea ad impediendũ executionem allegãte ſe clericum ac proceſſum inualidũ fuit aliâs tentũ, ut actori in expenſis ſatisfaceret ut colligit Egid. deciſ. ccxxvj. & in una Saoneñ. lanarum 1 5 1 8. coram domino. Iacobo Simonetta & etiam obſeruatum ad hæc facit pertinenter Rot. xxviij.*

in

6 *in no.de appella.quòd † attentata per iudicem uel partem post appellationem extraiudicialem ante notificationem eiusdem eis factam non ueniunt per modum attentati reuocanda propter iustam ignorantiæ causam.*

IIII. Decis. SVMMARIVM.

Non censetur deserta appellatio ex eo, quod fierit præsentata commissio iudici ad quem die xj.si.x.vel anteriori fuerat data cursori, vt præsentaretur eidem.

EPITOME.

1 Appellatio non dicitur deserta si in termino ad prosequendum appellationem assignata commissio cursoribus, licet non iudici fuit præsentata.

2 Terminus hominis quando succedit loco termini iuris, quomodo intelligatur?

DECISIO IIII.

De more est in palatio,quòd appellãti à diffinitiua dãtur apostoli reuerentiales, quia ius desert & non deferens punitur c. de priore,cum ibi no.de appe.c.cũ appellationibus eo.ti.in vj.& hoc cum termino decem dierũ in forma solita, ita quòd si infra decendiũ causa appellationis non reperiatur cõmissa,deserta est appellatio,sed licet sit præsentata cõmissio
1 *† causæ appellationis iudici ad quẽ die.xj.cõclusũ fuit in una* Rosceñ.1515.*corã domino Antonio de Triuultijs* ꝙ *nõ esset deserta,dummodo die.x.probaretur data cursori ut præsentaret eam,ex quo constat de diligentia,cui cõclusioni nõ ob.l.fi. §.illud.C.de tempo.appel.& fastol.dubio.xxxvij.quòd ulterior instantia & maior prosecutio requiruntur,quia loquũtur in tempore appellationis finiendæ nonprosequendæ, ut hic quo casu sufficit itineris arreptio c.cũ causam de re iudi. ac rescripti impetratio c.ex parte c.dilectus ij.de rescriptis.*

q Item

Item inchoatio ultima die seu alia quælibet prosecutio Rot. Bisignet.in antiquior xx.de appel.cum non aßignetur terminus ad prosecutionem appellationis complendã, sed inchoandam, decisio est ult.aliâs lxvj.eo.ti.in no.ita & Abb.post alios in c.personas.ij.col.uer.ij.casu & Phil.Franc.col.iiij. ibi. secundum principale.& ibi secundo casu & facit ad hæc.ij.ubi

2 *etiã Abb.& Io.An.in c.sæpe eo.ti.dicens q terminus † hominis propriè est ad inchoandũ,iuris uerò ad finiendũ, & quãuis simus in termino statuto in curia, & exigatur maior diligentia q̃ sit dictũ secundũ Abb.& Phil.Fran.in d. c.personas ad d.decis.xx.nihilominus ut ibi satis est adire Vicecancellarium aut locum tenentẽ,uel eum qui pro tempore ad signaturam cõmißionũ est præfectus, & si erit impeditus protestari. unde probare porrectam commißionem succeßiuè signatam atq; cursori exhibitã,ut præsentet facta collegio cursorũ solutione, est ostendere omnem diligentiam & prosecutionem, & plusquam adiuisse signare debentẽ ac ultra quã in uno actu protestari aut saltẽ protestationi equipollẽs et ita Egi. inquit decis.91.sufficere q in una hora cõgrua fuerit quæsitus qui signat cõmißiones & non potuerit congruo loco reperiri,ex quo tempus istud non datur ad complendum,sed ad aliquã diligentiam faciendam,quæ præmisso modo probatur & si essemus in casu dubio Rota inclinat semper pro non desertione secundum no.Pau.de Cast. in l.j.ff.si quis cautio.*

V. Decis. SVMMARIVM.

Si dolo aut negligentia procuratoris appellatio deferatur in curia,etiam si causa beneficialis seu alias spiritualis sit,quæ estimationem non recipiat,Rota procedit ad executionem nõ obstan. restitutione prout de iure.

Epito

EPITOME.

1 Appellatio deserta dolo, aut negligentia procuratoris nocet domino.
2 Agi potest ad interesse contra procuratorem, per cuius negligentiam appellatio est deserta.
3 Restitutio aduersus desertionem competit domino si procurat. cuius causa appellatio dicitur deserta, non est soluendo.
4 Res spiritualis, an recipiat estimationem?
5 Restitutio an impediat executionem?

DECISIO V.

1 *Regula iuris est q. si deseritur † appellatio dolo aut negligentia procuratoris, nõ excusatur dominus, nec propterea competit ei restitutio l. & eleganter. §. si dolo l. arbitrio. §. dolo. ff. de dolo. Ita tenet Spec. tit. de appel. §. nunc breuiter. uer. quid si pars. Pau. & Car. cle. sicut eo. tit. Ang. & Imo. l. ab executore. ff. eo. no. Innoc. & Io. An. c. cum olim de offi. dele. quos refert & sequitur Phil. Frã. c. ex ratione de appel. iij. char. uer. circa quartum impedimentũ & glo. pe. post prin. in c. cum accessissent de re resti. in integ. Sed potest agi*
2 *contra † procuratores ad interesse, ut in d. iuribus cũ ibi no. & l. à procuratore man. l. si procurator de procu. C. Fallit re-*
3 *gula, quando procurator † non esset soluendo, tũc enim restitueretur dominus d. §. si dolo. & glo. fi. d. §. dolo. & pe. d. c. cũ uoluissent. & ibi Abb. v. col. pro regula & fallentia, Car. in d. cle. sicut allegat ad fi. §. j. ff. de eo per quem fac. erit. Old. cõsi. clvij. & Phil. Franch. in d. c. ex ratione differentiã non esse soluendo in beneficialibus, quæ non recipiunt estimationẽ glo. c. coram. de offic. deleg. ubi etiam Abb. & in c. cum olim remissiuè de causa pos. & proprie. & c. accedẽs de conce. præben. in quibus locis ponit, an saltem indirectè res spiritualis*
4 *† recipiat aliquam estimationẽ, & posset in beneficijs prætendi aliquod interesse estimabile. Hanc fallentiã Rota nõ admisit meo tempore & si concessa sit restitutio cõsueta, prout*

de iure ex eo, quòd causæ beneficiales & spirituales sunt in curia quotidianæ, ut plurinũ tractãtur per procuratores. unde impedirẽtur executiones cum magno partiũ dispẽdio, ex quo
5 *† restitutio regulariter impedit executionẽ l. unica. C. in inte. rest. po. neqd no. fi. & Abb. c. suscitata. de resti. in inte. ita q; stylus interpretatur cõmißionẽ, ad quẽ cõmißio uidetur se referre c. ex literis de cõsti. & pceditur ad executionẽ nisi in aliq; bus causis alia iustificatio, aut excusatio coadiuuãs aut mouẽs iudicem concurrat l. j. ff. ex qui cau. ma. & ita practicatur.*

VI. Decis. SVMMARIVM.

Paupertas excusat ab appellando & prosequendo. Idem in infirmitate mortẽ procuratoris, vel alio legitimo impedimento, saltẽ per viã restitutionis & ad eam obtinendam, & in curia datur biennium ad prosequendum & finiendũ, dummodo aliquid fiat infra annũ, & vide quomodo paupertas seu vsq; ad quã summam cõsideretur, & in quanto pauperi prouideatur.

EPITOME.

1 Paupertas an excuset ab appellando, & appellationem prosequendo?
2 Publicatione testiũ denegata, an ex hoc sententia impugnari potest?
3 Paupertas ne afflictio addatur afflicto est iuuanda.
4 Infirmitas an præbeat iustam causam excusationis?
5 Restitutio an competat, si propter obitum procuratoris sententia transiuit in rem iudicatam.
6 Pauperi quomodo prouideatur, quando agitur vt rei iudicatæ pareat.
7 Pauper quis dicatur, vide remissiuè.
8 Appellans de stylo curiæ dummodo infra annum aliquid fiat, habet biennium ad prosequendum & finiendam appellationem.

DECISIO VI.

1 *Firma est propositio, q; excusatur quis † ab appellãdo, & si nõ fuerit appellationẽ prosecutus propter paupertatẽ l. si procuratorẽ. §. si ignorantes. ff. mã. cũ materia tenent glo.*

l. inui

l.inuitus.C.de procu.c.non iniustè eo.tit.ubi legistæ & canonistæ cõiter, scilicet Abb.anti.Ho.collec.Io.An.Car. Imo Bal. & Inno.in c.ex ratione.de appel.Et ibi etiã Abb.col.j.& Fely.in prin.Licet Bar.in d.l.inuitus cõtra ex quo potest appellari uiua uoce sine impensa l.j.in fi.cũ se.ff.de appel.l. litigatoribus.C.eo.intelligẽs.d.§.loqui tantũ de appellatione exercenda quã quis tenetur prosequi, nisi ob inopiam excusetur, qui uerè loquitur solùm de interponẽda in omni sui parte, cũ de exercenda uerbũ nullum.& ita Pau.de Ca.in d.l.inuitus dicit & intelligit d.§.qñ ex forma, uel aliâs appellãs tenebatur pro appellatione soluere gabellã, prout per statutum soluitur in ciuitate Lucana, ut inueni in regesto unius causæ Lucañ. domus coram me, quòd esset restringere & diuinare. Vnde Alex.melius ibidẽ secundũ Odof. Rich.Malũ.& Saly. in d.§. quod potest intelligi, quando nõ poterat appellari uiua uoce. Sed hoc nõ est generale & restringitur.Ideo Abb.in d. c. non iniustè intelligit, quando uiua uoce fuit appellatũ incontinẽti.Et hoc puto uerius non distincto an potuerit uel non?Nam secundũ Fulg.in d.§.ut inquit Alex.in d.l.si non uult quis statim, sed cautè & cõsulto aduocato appellere, quo casu necessarius est in scriptis libellus d.l.j.& in eo formando & concipiendo impensa.dicit Odof.in sum.de procu.ult. col. & Imo in d.c.non iniustè.iiij.& ibi Collec.& Car.& reperitur una additio ad collec.in d.c.q; etiã quãdo fuisset appellatũ, statim paupertas ꝑficeret ut uoluit.Inquit Bal.in l.ij.ff.si quis caut. & in l.acceptã.C.de usur.& Mathesil.singulari suo ultimo. Sed si appellauit statim uiua uoce nõ uidetur, quòd in eo prosit, in alijs uideãtur quotæ allegatæ.Item beneficiũ decendij ad appellandum ad hoc datur inter cætera & nõ est coarctandũ, quia sic auferretur regula indultum de reg.iur. in vj. cum nec

reperiatur cautũ,quòd in aliquo casu astringatur quis statim appellare l.illã.C.de colla.& ita dicit Imo.in d.c.q̃ nõ arcta-tur cũ in eius sit electione uiua uoce uel in scriptis appellare, posset enim pauper,qui minus ꝓuidus & potens est, q̃ diues habere patrociniũ & alia.& quid,quomodo,& quando pro omni tuitione sit appellãdũ ignorat,erraret de facili,si fuisset
2 ei denegata publicatio † testiũ & diffinitiuè pronunciatũ, si à diffinitiua dũtaxat appellasset,non à denegatione,quoniã non posset impugnare sententiã ꝓpter denegationẽ c.cũ.I. & A. de re iudi.Et ibi Abb.& sic.de alijs multis præmaturè & sine cõsilio factis,excusatur etiã, qui ob paupertatẽ nõ est protestatus nec potuit,& pro protestãte habetur ait Bal.c.cæterũ de rescrip.Et si Bar.bene uideatur aliter sentit.in d.§.ignorãtes q̃ in d.l.inuitus.& uidetur dicere q̃ paupertas etiã in appellãdo excuset.Sed an currãt uel nõ tẽpora appellationis ꝓsequẽdæ ꝓpter paupertatẽ? Alex.in d.l.remittit ad no.per Inno.in d.c.ex ratione de appel.& Ba.in l.fi.C.de cõdi.infer Ias. uerò ibi allegãdo eosdẽ. & Bal.etiã in alijs locis uult, q̃ paupertas nedũ excuset à ꝓsequendo,uerũ etiã efficiat ut nõ currat tẽpus datũ ad prosequendũ.Adducit etiã ad hoc in c.cũ dilecti de do.& cõtu.& in c.egrotans ij.q.iij.subijciens Bal.dicere in l.ij.§.si quis in iudicio in fi.ff.si quis cau.q̃ Guil.de Cu. euasit quendam pauperem à pœna furcarũ qui appellauerat, & præ inopia appellationẽ prosecutus non fuerat.Et nõ obstãt.q̃ aliqui dñi cõsiderabãt auditores Rotæ posse prorogare fatalia uigore Innocẽtianæ cum modica aut nulla impensa, & q̃ esset eludere plures res iudicatas impedire executionem ratione paupertatis,Rota admisit hanc executionem & admittit,& habetur cõmißio in similibus, prout de iure uel cõstito de legitimo impedimento ad appellandũ uel prosequendum

3 dū &c. Et merito in istis, quia † iuuanda est pauptas ne afflicto addatur maior afflictio l. diuus. ff. de offi. præsi. c. ex parte de cle. ęgro. & cōpatiendū ac beneficiendum. licet de censi. & glo. in c. ad audientiā de cleri. nōn resid. aliâs si non excusaretur pauper, perderet forsan quicquid parū superest, & esset necare eum contra l. necare de alen. uel agnos. libe. Videamus enim ꝗ coguntur impotētes deserere causas, redire ad partes, nullos dimittere procuratores, aut aliquos qui negligūt, cum nudi & inermes nequeant cōtendere c. j. frequēs de restit. spoli. in vj. Pecunia nāq; est neruus belli, & ut plurimū excludūtur, uel non ita audiuntur ab his, qui eos deberēt benignè iuuare iuxta Iuuenal. Satyra iij. inqt Nihil habet infelix paupertas durius in se quā ꝗ ridiculos homines facit, & plurima sunt quæ non audent omnes homines pertusa dicere leua prosit, ergo in proposito paupertas prout in alijs prodest. §. sed & propter paupertatē insti. de excu. tuto. l. si quis ad declinandā.
4 C. de epi. & cle. cum ibi no. idem dicamus de infirmitate, † ut præstet excusationē, uel præbeat iustam causam restitutionis pro quo. §. itē ꝑpter aduersam ualitudinē insti. de excu. tuto. c. in tua qui man. accusa. pos. ita Ho. & Io. An. in d. c. non iniustè, & de utroq; scilicet paupertate & morbo etiā Bal. uideatur in d. l. ij. §. si quis iudicio. ff. si qs caut. & Bar. in l. quæsitū de re iud. & Abb. post glo. in c. querelā de procura. facit etiā glo. in d. c. si. egrotās & Goff. ubi supra. Itē si quis procura-
5 torē dimittere nō potuit, uel dimisit † & obijt, et sentētia trāsiuisset postea in rem iudicatam, dicatur nemine appellāte aut prosequente, uel ꝓrogari fatalia petente, & in alijs casibus, si quis legitimè fuerit impeditus, uel sit saltē iusta causa ad obtinendā restitutionē quæ, (ut supra) ꝓficiat. l. j. l. sed & si prætorē. §. j. iūcta gl. & ibi Bar. ex. qui cau. ma. & Bar. etiā in l. fi.

col.ij.ff.de in integ.resti.& glo.in d.c.si egrotans & de casu mortis procuratorũ sæpius fuit obseruatũ in Rota habita cõmißione, ut est dictũ. Sed quomodo cõsideratur paupertas ad-
6 uertendum, & in quanto debet prouideri † pauperi: quia quãdo agitur ut rei iudicatæ quoad fructus & expensas, pareatur si opponitur beneficiũ c. Odoardus de solu. Rota, cuiquã clerico q̃tuncunq; infimo aßignat annuatim pro uictu & uestitu, sine qbus uitã ducere non possumus c.si quis ꝑpter de fru.ducat.auri de camera.xxiiij.& si qd ultra habeat cõsignatur uictori usq; ad integrã satisfactionẽ, nisi condẽnatus eßet miles, doctor, aut aliâs qualificatus, cui ex arbitrio auget qualitatẽ ꝑsonæ, et patriæ ubi habitat fertilitatis, et sterilitatis habita cõsideratione, ꝑut in cõstitutione dotis inspecta quãtitate patrimonij, & dignitate personæ l.cum post. §. uero. ff. de iur.do.& etiã cõmune remediũ ceßionis bonorum ad fugiendos carceres & de eo insti.de acti. §. fin. & l.j.C.qui bo.ced. pos.iuncta .l. fi. eo.ti.quæ de dilatione quinquennali ac creditorũ alternatiua electione disponit, & Rot.xxij.de resti.spoli.in antiq.& .xxxj.de re iudi.& in materia c.olim ij.de resti. spo.& ibi Io.An. ultra remedi d. c. Odoardus & in practica pro clericis beneficiatis remedium c.peruenit.de fideiuss. quo beneficio fructus condẽnati aßignantur uictori deducta summa, ut est dictũ, ne uictus egeat. est & aliud ex benignitate canonica cõceßum delinquenti de quo. l. di.studeat ne famæ pereat, pro quo c.cũ haberet de eo qui dux.in ma.quam pos.per adul.& facit c.Henricus de cle.pug.in duello, aliâs autem quis
7 † dicatur pauper, traditur per Bar.in l.si cõstante in prin. ff. solu.mat.ij.q.col.iij.& Abb.in c.j.de accusa.ubi habetur quòd in casibus quibus à iure expreßum statur expreßioni, quando nõ in rebus leuis præiudicij stamus opinioni uulgari, si magni re

gni relinquitur iudicis arbitrio secundum qualitatē persona-
rum,causarum,& terrarum.Et quia de assecutione & deser
tione appellationis est dictum,ne stylus palatij antiquus, &
qui est in uiridi obseruantia obliuioni tradatur insti.de testa.
in prim.Sciendū quod licet appellanti † regulariter detur an-
nus ad prosequendum & finiendū,& ex causa bienniū auctē.
ei qui appellat.C.de tēpo.appella.c.cū sit romana de appel.
in curia tamen sine tali causa datur bienniū forsan,ex eo quòd
frequentiores sunt causæ forensium,qui non modico tempore
adueniendum & conducendum testes,ac portandum instru-
menta indigent.Item quia multitudo est causarum maxima de
uniuersis christianorū regionibus,& satis est ita esse intro-
ductum,quòd procedit,dūmodo infra annū aliquis actus fiat
prout seruatur & ponit Fas.dubio Rotæ.xxxvij.quādo uerò
deseritur appellatio lapsu biēnij,non uidi dari trienniū eo mo
do,quo extra curiam ex causa tribuitur biēnium.quia nec sim
pliciter curia admittit bienniū,sicut ius cōmune annum, cum
uelit quòd aliquid fiat,ut est dictum,quod non est sic de anno
iuris ut requiratur intra semestre aliquid fieri,cum sufficiat
etiam in ultimo induciarum termino anni comparere.auc. itē
si appellatione.C.de tempo.appella.quod qualiter intelliga-
tur uideatur ibi Bar.& Abb.post Ioan.And.& But.c.ex ra-
tione.v.q.de appella.uerum est q̧ d.ca.ex ratione prouidet ex
causa de tertio anno.Et ita ibi declarat Phil.Frā.col.viij. uer.
circa tertium impedimentum,sed si ut ferretur sententia,quis
summa ope insteterit,non labitur fatale biennij l.fi.§.illud de
tempo.appella.C.Rot.xxxviij.de appella.in antiq. & cauti
procuratores petūt semel,bis,& ter pronūciari parte citata
& annotari in regestro petitionē per notariū causæ c.quo
niā cōtra de proba.& si aliud prætēdatur impedimentū,habe

tur commißio constito de legitimo impedimẽto, uel prout de iure & curritur ad c. ex ratione cùm mate. aliâs habetur cõmißio quòd decernantur executoriales, & taxentur expensæ, si sententia non fuerit habita in biennio cum conclusio nõ sufficiat, ut in d. decis. xxxviij. quoniam licet posset auditor pronunciare super desertione secundum Rot. iiij. de appella. in no. ix. xiij. & xxiiij. cum alijs tamen non solet, & rarißimè id facit meo tempore & (ut dicunt antiquiores) pro posse est abstinendum pro partium commoditate, & minori dispẽdio.

VII. Decis. SVMMARIVM.

Vtrum prorogatio fataliũ, quam Auditores Rotæ ad instantiam partis concedunt, valeat, si ad videndum prorogari fatalia nõ verus, sed putatiuus, seus alias non procura. fuerit citatus?

EPITOME.

1 Prorogatio fatalium facta procuratore putatiuo citato, an valeat?
2 Auditor Rotæ vigore Innocentianæ potest prorogare fatalia.
3 Iudicem posse supplere defectum tutoris, quomodo intelligatur, & quid agere & scire debeat?
4 Motu proprio principis aliquid esse factum, non præsumitur, nisi id exprimat.
5 Appellanti si auditor dat reuerentiales, quæ concurrere, & interuenire debeant, vt vere eos dedisse videatur?
6 Arbiter & arbitrator qua potestate vsum esse videatur, si simpliciter pronunciauit, vide remisiuè.
7 Clausula omni meliori modo, quando subiungitur in aliqua dispositione in qua est expressus ineptus, quid operetur?
8 Fatalia etiam sine citatione partis in vim bullæ Innocentianæ prorogari possunt.
9 Fatalia si prorogantur in vim commissionis, legitima citatio partis an sit necessaria?

DECISIO VII.

QVamuis auditor Rotæ uigore Innocẽtianæ poßit prorogare fatalia, uel de nouo concedere: tamen si ad partis 1 *instãtiã prorogat, & nõ procurator seu qui putabatur,*

putabatur, uel qui non acceptauerat ad uidendum prorogari citatus reperiatur, dubitatum est in una Romanã. domorũ coram dño Hugone de spina de mense Martij 1521. an prorogatio ualeat, & una pars dominorũ dicebat quod sic, quia Rota aliquando transiuerat in dubio pro non desertione ad doctinã Pau. de Cas. l. j. ff. si quis cauti. ad hoc potest adduci, quia si aliunde quàm per Innocẽtianam, uel quia extat commißio, poterat auditor prorogare, debet tenere ex capite utili non inspecto inutili, & eo modo quo potest regula utile de regu. iur. in vj. & Bar. in l. j. §. si quis ita. ff. de uerb. obli. Nam quod nõ tenet ex una potestate, sustinetur ex alia l. iij. ff. de mili. testa. & actus ab ea gestus præsumitur secundũ modũ, qui potest sustineri no. Abb. c. nisi essent j. col. de præbẽ. in vj. de quo Innoc. & post alios latè Fely. c. cũ ex officij, de præscrip. ix. col. cum se. usq; ad ult. char. & licet papa in prorogatione per cõmissionem manuum apponat, nihilominus potest auditor † uigo-
2 sionem manuum apponat, nihilominus potest auditor † uigore Innocentianæ prorogare l. iij. ff. de mili. testa. & ita fuit in Rota obtentũ aliquãdo, aliqñ & notißimè ualde dubitatum, quãdo sequitur commißionẽ, an teneat in casu dubij, alia pars tenebat quod non. quia in istis requiruntur scientia & uoluntas, de qua constet, prout inquiunt Bar. Saly. & Pau. de Cast.
3 l. si curatorẽ. C. de in integ. resti. mi. quòd licet iudex, † quando tutor haberi non potest, posset eius defectũ supplere ar. l. si longius de iudi. l. si cum dotem. ff. sol. ma. tamen hoc intelligitur dummodo sciat, quod tutorem nõ habet, & id faciat ea intentione, ut suppleat. ideo debet exprimi in actis, sciens tutorem nõ habere, & uolens supplere, quod non est in proposito, ad hoc Ang. in tracta. malefi. in uerbo ex eius mero officio & c. si motu proprio de præbẽ. in vj. quod nõ dicitur facere prin-
4 ceps † motu ꝓprio, nisi exprimat. & hæc pars mihi placuit, ꝑ

qua

qua facit, q̧ quando dat auditor reuerentiales in formā appel
5 lanti † & petēti apostolos uidetur dedisse eos, si à diffinitiua & intra decēniū, ac à legitima persona appelletur, & petantur aliàs refutatorios, & iste est stilus palatij, & si appellās nō erat principalis nec procur. sententia transit in rem iudicatam, nec uidetur appellationi delatū: licet iudex aliàs posset deferre ut uidemus, ergo non sustinemus actum ex capite possibili. patet, quia auditor noluit uti Innocentiana, sed partis instantiā respexit, neq; de Innocētiana à parte, nec iudice aliquid dictū, & per hæc non obstāt motiua pro affirmatiua, & quia sumus magis in claro q̃ in dubio, quā potestatem pars & auditor elegerint cessat doctrina Pau. de Ca. alleget & alia fundamenta, quia etiā coniecturæ l. cōtinuus. §. cum ita. ff. de uer. obli. & subintrat illud quod potuit uoluit & c. multum. C. si quis alt. uel si. c. cū super de offi. dele. & quod dicitur de procuratore, & alijs agentibus ex capite incōgruo, qui poterāt ex cōgruo & ualido l. habebat. ff. de instit. Lud. Ro. cōsi. ccccxlvj. & ccccxcvj. ubi plura ad propositū. Itē quando arbiter
6 † & arbitrator simpliciter pronūciat nō expresso, an ex altera uel utraq; potestate, cōmuniter dicitur. quod debēt inspici acta, per quæ etiā si simus in dubio, mens declaratur iudicātis, refert Fely. d. c. cū ex officij. col. xv. unde etiā si essemus in dubio, ex actis apparet, quod nihil in uim Innocētianæ, sed magis ex alia facultate. facit etiā quòd uoluit Spec. in tit. de actore uniuersitatis uer. Sed pone, quem refert & sequitur Abb. in c. petitio in fi. de procura. quòd cōstitutus sub nomine syndici actoris procura. & nego. gesto. intelligitur facere iuxta subiectā materiā, ut etiā Fely. in. d. c. cū ex officij. xj. col. Ergo & auditor iuxta tenorē petitionis, in qua de Innocentiana uerbum nullum. Itē quia etiam quando sumus in casu, in quo ali-
quid

7 quid sit,cum † clausula omni meliori modo,si est expressius modus ineptus,nõ operatur,nisi in expresso,quando modus aptus non descendit ex expresso Cal.cõsi.j.de accusa.Anch.cõsi. ccclvij.Fely.d.c.cum super ult.col.sed in casu isto,est expressa uia commißionis,uel alia separata ab Innocẽtiana.ergo cõclusio fuit,quòd societas confalonis,cõtra quam Maria obijciebat de re iudicata,impetraret restitutionem aduersus desertionem ob culpam,aut negligẽtiam procuratoris.Pro aliquali concordia occurrit,quod affirmatiua procedat,quando nulla est commißio super prorogatione,& citatur bonus uel pu
8 tatiuus procurator † ad uidendum prorogari fatalia in uim bullæ Innocentianæ,quia & pars & iudex ad Innocentianam respexerunt maximè, quando ex alio capite prorogare non posset,ut nõ uitiet citatio de non legitima persona facta,quãdo,& sine ea ualuisset prorogatio.quo casu etiam sine citatione non diceretur iuxta Innocentianam,sed simpliciter ad uidendum prorogari.Idem etiam & seruirẽt ad hæc prima fundamenta,& frequens usus procuratorum ad Innocentianã recurrentium,tanquã ad promptum & securum remedium.Negatiua uerò quando est super prorogatione,cõmißio & citatio fit ad prorogandum iuxta tenorem cõmißionis,& reperitur facta contra non legitimam personã,ut in secundis fun-
9 damentis,nisi quis diceret quòd uirtute cõmißionis † hoc fieri posset sine citatione,quod nõ uidetur,quoniã nec cõmißio fidẽ faceret,nisi parte citata ad glo.Bar.in extrauagan.ad reprimendum super uerbo de plano quo.in cri.læsæ ma.proce.Egi. decis.xxvij.& Ludo.Roma.consi.ccccxix.

VIII.Decis. SVMMARIVM.

Non deseritur appellatio ex eo,quod appellans

lans biduo ante lapsum decendij absente iudice à quo coram honesta persona appellationē interposuit, nec postea iuerit ad eundem iudicem pro apostolis, nec aliter eū in momento probauerit impeditum.

EPITOME.

1 Appellans si non inuento iudice, à quo coram honesta persona appellauit, an teneatur redire ad eūdem pro apostolis uel probare ipsum in momento impeditum & nu.3.&.6.
2 Appellationis modus quando iudicis præsentia haberi non potest?
4 Appellans termino iuris assignato & interim &c. tenetur pro apostolis iudicem adire, anteq̄ labantur dies triginta.
5 Iudex de apostolis respondere, vsque ad vltimum momentum non tenetur.
6 Appellatio in absentia iudicis à quo coram honesta persona, quomodo fieri possit & debeat?
7 Domicilium iudicis dicitur congruum locus ad appellandum, & apostolos petendum intra tempus debitum.
8 Apostoli quando in absentia iudicis appellatur, an necessariò peti debeant?
9 Triginta dies ad recipiendum apostolos, quando currere incipiant? vide remissiuè.
10 Iudex non deferens appellationi interpositæ à diffinitiua puniri pōt.

DECISIO VIII.

APpellauerat quidam biduo ante cursum decendij corā honesta persona quæsito iudice, à quo & non inuento,
1 *† nec curauerat postea redire ad iudicem ipsum pro apostolis, nec probare q̧ fuisset in momento impeditus, fuit à maiori parte dominorum conclusum in una coram domino Hugone de Spina 1519. quod non esset deserta appellatio. & pro cōclusione allegata decisio Egi. ccclxxxj. Et quia passus est dubius & casus quotidianus attingam exemplo legislatorum l. legaui in prin. ff. de lib. lega. aliqua motiua hincinde pro uiribus. Et pro affirmatiua & desertione quam aliqui tenebant facit c. ab eo de appella. in vj. ubi dicitur q̧ à iudice sunt exhibēdi*

di apostoli, aliâs præsumitur appellationi renūtiare appellās si intra tēpus petere prætermittat. ad hoc in simili c. si tibi absenti. uers. sed si episcopus de præben. eo. ti. Itē uidemus in curia quādo non reperitur iudex intra decendium cauti procuratores ueniunt ad eius habitationem tēpore momenti, & si
2 nequeunt habere eius copiam appellant, aut petunt † responderi de apostolis coram quocūq; notario & testibus, cū protestatione de absentia aut inpedimento iuxta c. fin. de appel. quasi stilus innuat nō esse satis ita appellasse, si in momento data iudicis copia nō redeat ad ipsum appellans pro apostolis. ad idē quod inquit But. in c. ex ratiōe. uer. ex his deciditur. eo. ti. q. appellāte quis nō possunt habere copiā papæ, debent protestari de impedimēto secundū glo. in uerbo proposita. in c. cupiētes. §. q. si per uiginti de elect. in vj. Subijciens non esse satis q. semel fuerit impeditus, cum oporteat q. durauerit & cōstet durare, quia si hodie non potuit habere copiā papæ habebit crastina. Et quòd Ang. ait in auc. sed lis. C. de tempo. appel. uidelicet. ut causa appellationis in terminis d. auc. remaneat intacta absq; dāno moræ, si appellās fuerit solicitus ad introducendum eam in consistorio principis, & non potuerit, ex quo aditum ad principem non habuerit. pro quo tex. in l. fi. §. illud. C. de tempo. appella. ibi summa ope nixum litem exercere, quasi usq. ad finem termini iuris quotiens detur facul-
3 tas debeat redire ad iudicem pro † appellatione seu apostolis. ad idem Bald. in aucten. item si appellatione. & Salyce. in d. §. illud eod. titu. q. licet regulariter sufficiat una interpellatio l. titia seya. §. seya. de lega. ij. & l. mora. in princi. cum ibi no. per Bartol. ff. de usur. in causa tamen appellationis non sufficeret, ideo debet cum ea instantia & diligentia, cum qua sunt petendi apostoli. Item si fieri potest appellandum

est

est corā iudice à quo & ab eo petendi apostoli ut eidē honor debitus tribuatur l.omnem honorem.C.quādo prouo.non est neces.& c.ut debitus de appel.habita ergo copia ipsius usq; ad ultimū momentū adiri debuit.facit q, referendo Mathesil. sequitur Fely.in c.ex transmissa.circa mediū de præscrip.qui appellans corā honestis uiris ob defectum contingentē in per sona iudicis à quo,debet altera die requirere iudicem.Et ita cō suluit Alex.cōsi.xix.uol.x.ibi circa secundū uolens,q, interim debeat requiri dicēs probari in l.de pupilo. §.si quis ipsi præ tori cum ibi no.per Bart.op.iij.ff.de no.ope. nun.faciunt no. per glo.in uerbo expectandi in j.c.de consue.rec.feud. Pro-
4 *pterea quādo iudex assignat † terminū iuris & interim quā docunq; tenetur appellans ante fluxum xxx.dierum adire iu-dicem pro apostolis sub pœna renuntiationis,appellationis, aut desertionis,& iudex sub pœna dare l.iudicibus.C. de ap-pel.l.unica iuncta gloss.ff.de libel.dimisso.& d.c.ab eo. & si ante ultimū momentum requiratur potest dicere,prout pra-*
5 *cticatur,si uelit differre,nolo adhuc respōdere,† quia sum in termino,cum possit intra tēpus iuris tenere impeditū appel-lantē cle.quāuis.§.pe.& si.ubi etiam glo.de appel.unde uide-tur fauore & beneficio iudicis terminus appositus, & conse quenter appellans astrictus ad expectandum ultimam horā pro habendo iudicis præsentia aut probāda absentia seu impe dimento ut est dictū.Pro cōclusione uerò ac ualiditate appel-*
6 *lationis absq; desertione † facit,quia si iudex se absentet à loco iudicij sufficit appellare corā persona auctētica,nec tenetur appellans sequi alibi iudicē pro intimāda appellatione & pe tēdis apostolis l.ij.§.biduum.uer.dies.ff.quando appel.sit. & satis est prosequi coram iudice ad quem secundum Egid.in d. decis.ccclxxxj.Et appellari potest ac peti apostoli in absentia iudicis*

iudicis coram alijs cum protestatione de absentia. Inquit Mil: in uer. appellatio fieri debet. Itē satis est semel requirere iudicem cōgruis loco & tempore, & si fuerit absens potuit appellari in loco tribunalis tanquā congruo, ut in d. §. biduū cum se. & uoluerunt Archi. & Ioā. An. in d.c. ab eo ad hoc Rot. 50. in no. eo. ti. uolēs satis esse iudicē in absentia congruis loco & tēpore, fuisse requisitū & protestari quòd libēter appellaret ac apostolos peteret à iudice à quo si eius præsentiā habere posset, & non astringitur, etiam quando appellationem
7 potuit iudici intimare. Item ꝙ locus domicilij † fuit congruus ad appellandū, & petendū apostolos infra tēpus debitū prout cōtigerat hoc, ꝙ nō inuento iudice in domo ibi corā honesta persona fuerat appellatū, & petiti apostoli saltim testimoniales unico contextu iuxta formā dictæ cle. quāuis, & sic iuri satisfactū fortius firmat Phil. Fran. in d.c. fi. q. xiij. ꝙ quā-
8 do † appellatur in absentia iudicis, nō sunt de necessitate petēdi apostoli secundū Spec. eo. tit. in iiij. parte. §. sequitur uidere uer. notandum. Igitur quamuis ad cautelam ab honestis uiris possint, & quòd non sit necesse tenent etiam Bald. & Ang. in l. ij. C. de his qui per met. iudi. non appella. ea ratione quia reuerentiales aut refutatorios apostolos nullus alius dare potest iudex à quo in d.c. ab eo. & c. ut super eo. tit. & lib. nec à iudice ad quem, si coram eo esset appellatū peti deberēt, ex quo dare non potest. Super hoc autē sunt opiniones in contrariū, uoluit Rot. decisione prædicta, quòd apostolorū petitio nequeat omitti ex eo, ꝙ apostoli sunt pars & essentia appellationis, aliàs frustra doctores disputarent in d. c. ab eo. & in
9 d. cle. quis an. xxx. † dies ꝑ apostolis current à die prolationis sentētiæ uel appellationis interpositæ. quicūq; ergo sit appellans quādo non petierit reputabitur nō appellasse, ut in dictis

*iuribus & alijs ibidem adductis & opinionẽ dictæ decisionis
in hoc, ut uerũ tenet* Domi. *in d.c. ab eo. & cum ea etiã trãsit
ibi referendo* Rot. Phil. Frã. *quãuis ex aduerso forsan dici pos-
set disputationẽ fore utilẽ & necessariã, quando appellatur à
iudice in eius præsentia, ut tunc sunt petendi apostoli postquã
dare potest, non quando in absentia.* Vide *tamẽ* Archi. & Io.
Andr. *in d.c. ab eo tenentis q non sit de substantia, ut peti de-
beant apostoli in ipsa appellatione dummodo intra xxx. dies
petantur, redeũdo ad casum decisionis subiungit* Phil. Fran. *in
d.q. xiij. ad propositũ, q non est necesse reuerso postea iudice
redire ad eum pro petẽdis iteratò apostolis, cũ sufficiat quòd
semel fuerit requisitus & ita antiqui dñi, ut inquit* Fely. *in d.
c. ex transmissa tenebant. quibus tamẽ pro affirmatiua ipse re-*
10 *spondet ut ibi.* Nihilominus *etiã pro negatiua facit* † *quia ius
defert appellationi à diffinitiua, & iudex non deferẽs punitur
c. de priore cũ ibi no. de appel. c. cũ appellationibus eo. tit. in
vj.* Igitur *satis esse debet semel appellasse & apostolos petijs-
se cum à iure uideatur delatũ.* Nec *ob. q bis ad minus peti de-
buissent ut dicũt scribentes in d. c. ab eo super uerbo sæpius.
Nã illud erat ante d. cle. quãuis quæ unica petitione est cõten-
ta.* Et *ad dicta* Bal. Ang. & Alex. *& aliorũ potest pro negati-
ua responderi, q loquũtur de tẽpore appellationis prosequẽ-
dæ anni, uel biennij ad materiã d. auct. sed lis. & auct. ei. qui de
app. eo. ti. prout etiã loquitur tex. in d. § illud.* Et *hoc est satis di
uersum à terminis appellandi & apostolos petendi l. papi-
nianus exuli. ff. de mino.* Et *quòd cauti uiri expectẽt momentũ
& nõ uidetur ex prædictis necessariũ, sed fit ad abũdantẽ cau-
telam, quæ non nocet & tollit omnẽ dubitationem l. testamẽ-
tum.* C. *de testa. & c. bonæ el. j. de elect. ex quo non reperitur
expressum quod debeat expectari momentum lillã.* C. *de col-*

la. Nec

la. Nec dicatur quòd appellans posset captare iudicem impeditum tertia, sexta, aut nona die, & tunc appellare corā honesta persona post factam diligentiā de iudice reperiendo, & eo modo uitare ne coram eo appellaret, si semel ante momentum absentia uel impedimentū sufficeret quinimo fugere refutatorios apostolos, quos forsan habuisset, q̄ non debet posse esse in potestate partis contra honorē iudicis, ac in præiudicium aduersarij, quoniā potest dici non esse absonum, ex quo durius esset tenere condemnatū, cuius fauore est datus à lege terminus appellandi & apostolos petendi, uel saltem ita eius contemplatione, sicut & iudici taliter impeditū, quòd omni die cogeretur cum dispēdio & labore data absentia inquirere iudicem, etiam usq; ad ultimū momentū. quid enim si ob causam super qua lis uertitur, aut alia negocia impelleretur statim post sententiā aut in diem sequentē seu ulteriorem prope finē decendij longius peregrinari, utiq; lex debuit esse contenta tali diligentia, per quā iudici honor est tributus absque contēptu, & magis absentiæ iudicis in dubio est imputandum partiq; subueniendū quā fraudi ascribendū ar. c. fi. cum ibi no. de præsump. Ad d. cle. quāuis cum glo. dicendū q̄ licet appellans iudice nolente respondere ante finē termini iuris de apostolis cogatur expectari, si per totum terminū eos offerre uoluerit ar. c. si à iudice, de appel. in vj. cum non dicatur morosus iudex ante lapsum termini, tamē appellās non tenetur iterum adire iudicē postea quā semel intra terminum petijt per quam petitionē uidetur iuri satisfecisse prout glo. & Car. inquiunt in d. cle. Nam eiusmodi terminus pro apostolis communis est tam appellāti quā iudici, & ab eo tempore quo incipit currere appellāti & iudici à quo, ut no. Phil. Franc. in d. c. ab eo in prin. Verum pro affirmatiua ad illud quod sufficiat in absen-

tia appellare, & apostolos petere absq; eo, quòd iterato iudex sit adeundus dici posset, ut procedat, quando fuit in ultimo momento appellatũ, non ante momentũ, uel quãdo antè, si fuisset doctũ de absentia aut impedimẽto iudicis etiam in ipso momẽto. Et q in his casibus dũtaxat uerificentur dicta eorũ, qui uolunt, q non debeat iterùm adiri ac Fely. in d. c. ex transmissa non obstante quòd pro negatiua in dubio pro ualiditate appellationis accipimus l. quotiẽs. ff. de re. dub. & in c. abbate, de uer. sig. & p non desertione ad doctrinã Pau. de Ca. in l. j. ff. si quis caut. & q hoc tenendo nil alicui tollitur cũ ueritas perquiratur quæ magis inuestigatur, & si manifestetur ei omnia credere debent. viij. di. ueritate. possent etiam alia pro utraq; parte considerari, & utilis esset principis declaratio.

IX. Decis. SVMMARIVM.

Vtrum fatalia in causa appellationis currant durante termino remissoriæ, ita quod deseratur appellatio?

EPITOME.

1 Fatalia an currant pendente termino remissoriæ?
2 Cautela optima pro quocunq; volente diffinitiuè pronunciare.
3 Fatalium cursus publico fauore introductus existit.
4 Tempus in dubio præsumitur præfixum instantiæ, non iudici.
5 Appellanti an currat tẽpus, si facto iudicis vel parti fuerit impeditus?
6 Impedimentum appellati petentis remissoriam excusat appellantem.
7 Pendente partium compromisso tempus non currit ad prosequendam appellationem.
8 Solennitates iuris quando non sint remissimiles per partes?
9 Iurisdictio quando possit prorogari de tempore ad tempus per partes? vide remissiuè.
10 Terminus præfixus instantiæ debet intelligi, si infra dictum terminum causa potest expediri.

DECISIO IX.

AN esset deserta appellatio in una coram domino Camillo de Ballionibus 1519. fuit dubitatum ex eo quòd durante

1 *durante termino* † *remißoriæ datæ ad partes pro examinandis testibus iuxta c.præsentiū de testi.in vj.lapsum est bienniū quod in curia datur ad prosequendum & finiendū,dummodo infra annum aliquid fiat prout dico in decis.incipiente, firma est propositio sub ti.de appella.& ponit* Fasto, dubio Rotæ, *xxxvij.Et una pars dominorū uolebat non esse desertam, nec decurrisse fatalia, ex quo pendente dilatione iudicis officium quiescit l.siue pars.C.de dila.& iudex debet expectare donec sit finita dilatio,& sic non est quid imputetur parti appellāti ad hoc dictum* Cy.& Dy.*quod refert* Bal.*in l.si cum ipse. ff.de excu.tuto.quòd caueatur statuto q̄ quælibet causa infra tres menses decidatur, & aduersarius ad longinquas partes gratia testium producendorū dilationē petat,quæ ultra dictū tempus extendatur quod nō obstañ.statuto pars debet audiri & post menses tres de causa cognosci,quod est notatu dignū ait* Bal.*accedit quod scribit* Spe.*in ti.de appel.§.nūc breuiter trāscurrendū est uer.quid ergo si appellatur col.ij.q̄ in causis totius orbis ad supremū tribunal per appellationem delatis, non potest iuris rigor per omnia seruari,cum quādoq; oporteat remißiones ad prouincias remotas super uarijs articulis fieri quæ non possunt infra breuis termini spatiū expediri,nihilominus(inquit)de his sæpe excipi uidemus, sed raro pronūciari.*Pars *alia forsan maior tenuit oppositū, quasi id non sit iure cautū l.illam.C.de colla.Secundò quia esset nimiū differre causarū expeditionē, quæ quātò citius finiendæ sunt l.properandum. C.de iudi.& c.finem liti.de dolo & contu.*Tertiò *quia est quid parti imputetur, quare passa est talem concedi dilationē,quæ bienniū excederet,esset longa uel breuis inspecta eo quod superat de biennio conceßionis tempore arg.l.ij. §.quid diximus.ff.si quis cautio.Seu quia non petijt proroga-*

ri fatalia quòd unicuiq; petenti in Rota cōceditur uigore Innocentianæ, & etiam paruo dispendio ac breui spatio fit per uiā cōmißionis.ad l.siue pars,respondebatur quod iudex potuisset pronūciare reuocādo dilationē remissoriæ,sicut de mo
2 re † in palatio auditores pronunciant diffinitiuè reuocatis prius dilationibus & datis refutatorijs quibuscūq; appellationibus,& est optima cautela ꝑ quocūq; deffiniēte in quocunq; tribunali no.cam uel secundo licet iudex debeat finē dilationis expectare, ꝙ non ideo minus currunt fatalia, quorū
3 † cursus est publico fauore inductus ut no.Abb.in c.ex ratione col.ij.circa finē de appel.ad no. per Bar.in d. l. si cum ipse quē sequitur Ias.in l.properādū in prin.col.vj. in v. limitatiōe C.de iudi.fuit responsum procedere,quādo terminus præfigitur liti, secus si præfigatur iurisdictioni prout præfigitur in causa appellationis secundū Alex.qui ad hoc fuit allegatus cōsil.ciiij.uol.v.ut tūc nequeāt per eiusmodi dilationes prorogari ad no.Inno.in c.de causis de offi.deleg. quemadmodum Bal. sentit in d. l. & Fely. in c.uenerabilis, in secunda conclusione
4 col.v.de iudi.ubi ait ꝙ in dubio tēpus † præsumitur præfixū instantiæ & non iudici, quia hoc modo obuiatur immortalitati litium secundū Io.An.in addi.ad Spec.in ti.de leg. §.restat quod sequitur Imo. in d.c. de causis dicēs esse mēti tenendum Spec.uerò (ut dicebat) pars ista nō loqtur in istis terminis,uel nō figit pedes ꝙ fuerit pro nō desertione iudicatū. Mihi pla-
5 cet prima opinio cum sufficiat appellantē † à iudice uel à parte citra culpam suā fuisse impeditū, cui non potest imputari, quādo stat per iudicē uel partē l.fi.§.illud.C.de tēpo.appe.& d.c.ex ratione cū ibi no.ob iudicis enim aut partis impedimētum appellās habet secundū fatale,ut est cōmunior sententia, quam refert & sequitur Phil. deci.in d. c.uer.Secundus casus

& uer.

& uer. quartus casus col. iij. & vj. & in effectu firmat ad propositum, quòd si appellatus petijt lōgiores dilationes, ut currerent fatalia, seu appellauit ab interlocutoria, uel quid simile, tunc habet appellās secundū fatale, & ad hoc subijcit multa facientia pro hac parte, fortius ergo cōcurren. impedimento partis petentis remissoriā & iudicis concedentis, ut in d. l. si cum ipse ad hoc optime Rota *decisione vij. in no. de app.*
6 *dicens q. impedimentum † appellati petentis remissionē excusat appellantem, legitimè namque impedito tempora iuris uel hominis non currunt l. j. in fi. C. de anna. excep. in auct. de san. epi. § si quis episcopus uer. si uerò col. ix. c. ne pro defectu de elec. c. j. & c. illud de præscri. c. quia diuersitatem de conces. præben. c. si electio de elec. in vj. & cle. sicut in fi. de appel. Ita concludit* Rota *decisione ij. de dila. in not. super illo articulo quod terminus duorum uel trium mensium ad testes recipien-*
7 *dos assignatorū, non currit pendente † partium compromisso & ita nunc fuit decisum non obstante, quòd quidam ponderabant cōtra decisionē, quòd terminus erat appositus decisioni non iurisdictioni, ut habetur in d. decis.* Nec *refragatur quòd dicant doct. de impedimento occurrente in j. fatali ex quo in curia regulariter datur biennium: ut supra. & d. c. ex ratione propter impedimentum cōceditur ultra & prouidet de triēnio ut firmat idem* Phil. Deci. *in d. c. neq; curarūt iura, quòd propterea differatur causarū terminus. cū hoc iustius cōsueuerint, quā sine culpa ex facto partis uel iudicis appellantem plectere c. cognoscentes de consti. quoniam nec poterat appellans iudicem in tali concessione impedire, nec est curandum quòd non sit usus prorogatione remedio* Innocētianæ *facili aut uia cōmissionis in tempore, cum idem habeamus in excusatione ob paupertatē quamuis etiam pauper posset in una citatio*

 ne absq;

ne absq; alia impensa prorogationẽ obtinere uigore dictæ Innocentianæ, & tamẽ si non obtinuit est excusatus ut in dicta decis. firma est propositio ubi hoc corroboratur ex multis sufficit respondẽti dare instantiã & est satis etiã ad aliquid probandũ. j. q. j. c. sicut urgeri & ibi gl. c. cũ marthæ. de cele. missa. glo. in c. fi. de sup. negli. præla. in vj. & Car. in cle. ne Romani col. iiij. de elec. & constat per casum paupertatis, & sic impotẽtiæ esse eiusdẽ generis, et in causa appellationis, p quæ patet q; licet terminus, de quo agitur, asseratur publico fauore inductus secundũ Abb. d. c. ex ratione. ij. col. quẽadmodũ de tẽpore instantiæ sentit gl. in d. l. properandũ in prin. & iuris
3 decis.liij.de rescrip.in antiq.ubi etiam error † qualitatis expressæ nõ uitiat literas,si de corpore constat,secus si in gratia esset relatiuum aliquod,uel quod ex quo supponit diuersitatẽ beneficiorũ,quia tũc nõ sortiretur effectũ in unico,ut refert Mil.in repertorio in uerbo gratia per quã mandatur, ubi uideas exẽpla & est decis.Rotæ.xij.de præbẽ.in no.& glo.in cle.j.in uerbo incerta eo.ti.& Fely.in c.in nostra corr.xxiiij. de rescrip.Non ob.q; utrũq; non uideatur posse dici pariformiter curatũ nec caput,cùm ecclesia unius esse debeat capitis & sacerdotis non pluriũ c.quoniã.de offi.ordi.c.cum nõ ignores de præbẽ,quia licet plures nõ debeant esse sacerdotes principaliter instituti,ex eo q; iuri repugnat ecclesiam esse pluriũ insolidũ,possunt tamen esse plures curam animarũ habentes, & quilibet dicitur habere curã,siue dicatur rector,siue uicarius,siue persona & exercitiũ curæ potest esse apud plures, ut dicunt Inno.Host.Anch.Imo.& But.in d.c.cum non ignores & in materia uideantur etiã Archi.xxj.q.ij sicut Lap.allega.v.Old.cõsil.lxvij. Car.consi.xxx.quidã A.ij. col.collect. & Abb.in d.c.cũ non ignores nec etiã est absonum secundum Imo.& Burt.ibi pluribus curã populi competere insolidum, sicut pluribus tutoribus & curatoribus curam pupilli & adulti l.j.ff.de admi.tuto.caput autem dictorum rectorum,

seu

seu prælatus erit, uel episcopus, uel collegium, uel Papa ut docto. præfati declarant in d.c.

XII. Decis. SVMMARIVM.

Vtrum impetratio dignitatis collegiatæ habẽtis curam collegialem & parrochialem, sit bona vel surreptitia, si non dicatur, quod sit parrochialis vel curata, etiam si quod erat præpositura collegiata dictum sit?

EPITOME.

1 Prouisio Papæ de dignitate principali in collegiata, etiã de cura parrochianorum, cui imminebat animarum mentio non habita valet? & nume. 3.

2 Prouisio beneficij nulla de ipsius qualitate, vt puta electiui sacerdotales &c. mentione habita an valeat?

4 Expresio per æquipollentiam, an valeat sicut directa?

5 Cura collegialis, & curæ parrochialis, si sunt in diuersis ecclesijs quo modo, & quando mentio sit habenda in literis?

6 Mentio in impetrationibus, nisi in casibus in iure expressis fieri debet, & an per æquipollens sufficiat?

7 Noua prouisio tacito defectu, de quo Papa potuit habere notitiã per regulas cancellariæ vel dispositione iuris communis, non est surreptitia.

8 Qualitas quæ de facto, nõ autem de iure communi inest in beneficijs, exprimi debet. & nume. 11.

9 Beneficia secularia perpetua, regularĩa verò manualia de iure communi præsumuntur.

10 Gratia vnionis in seculari tacita manualitate est surreptitia, secus in regulari non curato nec electiuo.

12 Regula cancellariæ de qualitatibus beneficiorum exprimendis in impetratione, quomodo intelligatur?

13 Dispositio principis potius pro conseruatione iuris communis, quàm illius derogatione interpretari debet.

14 Taciturnitas talis existens, qua expressa princeps non ita de facili cõcessisset, quomodo intelligatur & cognoscatur?

15 Falsitas expressa quæ non inducit ad concedendum, non viciat gratiã.

DECISIO XII.

PLuries coram domino Martino de Spinosa 1519. fuit disputatũ, an ualeret prouisio apostolica facta de digni-

tate

1 tate collegiata, in qua de nomine dignitatis, & q; erat collegiata expressum erat, sed nõ q; haberet curã parrochialẽ, & dñi fuerunt uarij. una pars tenebat non ualere per tex. in cle. j. de præbẽ. ubi habetur quòd de cura est fiẽda mẽtio, secũdò p ea quæ Bisignet. dubio. xiij. eo. ti. utrũ cũ quis ibi secũdũ eum,
2 tũc fuit tentũ quod impetrãs † dignitatẽ ecclesiæ collegiatæ electiuã, licet faciat mentionẽ de collegio, nihil agit, nisi etiam dixerit quòd est electiua, ut in d. cle. quia per hoc, q; dicatur de collegio, non sequitur infallibiliter. ergo electio spectat ad collegiũ, & sic est electiua, cum esse poßit in facto pro ueritate, quòd electio nõ pertinet ad cõuentũ, sed ad alicuius collationẽ, & nõ probat hoc esse l. nõ hoc. C. unde legit. c. in præsentia de proba. Et Papa uult intelligere etiã quæ sunt facti, cũ posset ea ignorare c. j. de cõsti. in vj. Tertiò facit Egid. decis. ix. circa fi. & Car. cõsi. xxx. quidã archipresbyter iiij. col. ubi dicunt q; cũ arch. diaconatus, seu dignitas alia posset esse sine cura, habenda sit mentio de cura, de quo motiuo & alijs ibi. per Car. ad idem Fely. c. in nostra primo correl. de rescri. ad hoc etiã Rota. xl. in antiq. de rescrip. quod de qualitatibus præben. est fiẽda mẽtio utrũ sit sacerdotalis uel electiua. Alia
3 pars tenuit † pro affirmatiua, & hæc mihi placuit & placet, quia pro ea est cõmunior opinio, quã refert & sequitur Domi. in c. cum in illis. §. fi. de præben. in vj. in ulti. col. ut sufficiat facere mentionẽ de collegiata, absq; eo quòd de cura dicatur, etiam si sit parrochialis, ex quo satis dicitur facta mentio de cura per uerba æquipollentia, qñ est expressum de collegiata;
4 † & expreßio per æquipollentia ualet sicut directa & nominata c. licet ex quadã de testi. cũ si. hanc partẽ tenẽt Pau. Ioan. Cal. & Curialee quæ placet Lap. & Ioã. de Lig. prout refert Domi. in d. loco & habetur in practica cancellariæ in uerbo

gratiam

*gratiam fol.lxxviij.ubi dicitur quòd impetrans gratiā benefi-cij collegiati uel conuentualis.si hoc exprimit quod sit colle-giatū aut conuentuale,non tenetur aliter facere mentionē de cura,etiam si habeat curam parrochialem extra collegiū uel conuentum.*Idem Ioā.And.*&* Oldra.*ac communiter curiales ut etiam refert &* *sequitur* Phil.Franch.*in d.c.cum in illis in*
5 *prim.col.ij.cum distinctione tamen quod si cura* † *collegialis, & cura parrochialis sunt in diuersis ecclesijs, quia una est collegiata,alia parrochialis,tunc aut sunt inuicē unitæ, ita* ꝙ *quælibet est principalis,& nulla accedens alteri,& de utraq; cura debet expressa fieri mētio in literis impetratis & impe-trādis,sed si una est alteri accessoriè unita tunc sufficit,quòd de principali expressa mentio fiat,& hoc tam in impetratis quā impetrādis,si uerò cura utraq; sit in eadē ecclesia,si ap-pareat quæ sit principalis,de illa debet fieri expreßio, si non appareat,de utraq; fiat,ex quo una nō includit aliā,*ꝙ *proce-dit in literis impetrādis,sed in impetratis fortè uidetur suffice re fieri mētionē,quod sit collegiata.&* *ita* Phil.Frāch. *cōcor dat opiniones &* Domi.*ait quòd ultimū dictū uidetur sequē-dū in impetratis primū in impetrādis,ut solidius agatur secū dū* Lap.*& cōueniūt in eandē sentētiā.siue ergo cura collegia lis esset principalis,aut cura parrochialis accederet ad colle-gialē,uel essemus in dubio in eadē ecclesia ualet impetratio* ꝓ *quo l.quotiēs.ff.de reb.dub.& c.*Abbate *sancti Siluani de uer. signi.cle.j.nō obst.quia satis est expressum esse per equipol-lens,& quando est dictum de maiori & principali dictū est de accessorijs & minori cura ar.c.super eo,eo.ti.in vj.nec.d. cle.exigit quòd expressa fiat mentio directò, & nominatim, sed quomodocunq; fiat ad hoc c.statutū cum ibi no.de elect.in vj.Nā sicut ibi apparet,cura parrochialis nihil addit habenti*

dignitatem

dignitatem collegiatam nō parrochialem, nec operatur unica dignitati collegiatæ quod operatur per se. sicut ergo non addit in iure & ibi ita nec ad impetrationē, nec in beneficiorum impetratione est habēda mentio, nisi de casibus in iure expressis secundum glo. in simili in d. cle. in uerbo, uel alteri, & non
6 cauetur iure † q. debeat fieri expreßè taliter, quod nō sufficiat per æquipollens uel per expreßionē principalis seu maioris, decis. Bisignet. cum sequacibus est contra cōmunē & contra c. j. de elec. ubi tex. loquitur negatiuè q. nisi per electionē non prouideatur, ubi sunt duo uel plures, unde Papa qui habet iura in scrinio d. c. j. de consti. intelligit de electiua, quando dicitur q. est collegiata. Item in simili ualidū dicitur priuilegium super antiquis decimis de poßeßione percipientiū eas, nō faciens mentionem, quia reperiuntur, & præsumūtur ab aliquo poßideri, quod princeps uerisimiliter credit, secus in decimis monialiū, quas præsumit à nemine poßideri c. dudum de decimis & ibi Io. An. Car. & Abb. ut declaro latè in allia decisione incipiēte, fratres minores. Ratio aūt quod infallibiliter Bisignet. Egi. & Car. procederet, si aliter esset quā debet secundum ius cōmune, ut si collegiata esset collatiua, si archidiaconatus non haberet coram animarū, cùm de iure habeat c. dudum ij. de elect. c. ad hæc de offi. Archi. & sic de alijs, tūc enim ex quo talia ignorat Papa de eis est habenda mentio, quando retraxissent aut difficultassent principē ad materiā c. super literis, & c. postulasti cum multis alijs de rescrip. & uerificatur quod non sequitur infallibiliter inspecta dispositione iuris dummodo ita sit pro ueritate, sicut ius disposuit, & in hoc fuit æquiuocatio, cū istud sit inspiciendū q. patet, quia secun-
7 dum Rot. xxxj. de rescrip. in no. noua † prouisio in qua est tacitus defectus, de quo Papa potuit habere scientiam ex dispo-

 sitione

sitione iuris, uel ex regulis cancellariæ non est surreptitia, & idem dicit Fely. in d.c. in nostra iiij. correla. quia nō sunt expri
8 *mendæ † qualitates, quæ insunt de iure communi beneficio: sed bene quæ insunt de facto ratione cōsuetudinis. qualitates nanq; quæ à iure insunt nō indigēt expreßione secundum* Egi. *decis. ccc clxxxviij. si impetrās & ita respondit uni auditori* Vrba*nus* v. *ut dicit* Rot. *lxxv. de rescrip. in antiq. & tenet* Bal. *in c. cum ordinē iiij. col. de rescrip. dicēs quod impetrās super feudo, nō habet facere mentionē de cōsuetudinibus feudorū, quæ in rescripto cōprehenduntur, secus si esset consuetudo certi feudi exorbitans à cōsuetudine recti feudi, ut dicit etiā in l. præscriptione.* C. *si contra ius uel uti. pub. iiij. col. quod non decipitur princeps in his, quibus supponitur habere scientiā legis l. omniū.* C. *de testa. saltem præsumptiuè, ut glo. xxiij. di. c. præterea, licet non habeat semper secū sapientes, puta quādo uadit uenatū, hæc, & alia quæ in d. correl. cumulat* Fely. *pro-*
9 *bāt in casibus etiā fortioribus. Idē in bñficijs † secularibus pbatur, quæ sui natura sunt perpetua. lv. dist. præcepta &* Lap. *alleg. ix.* Regularia *uerò omnia manualia, seu ad nutū superiorū amouibilia, nisi sint curata aut electiua* Egid. *decis. cciij. ex cōstitutione aūt secularia poßent eße manualia, aliqua aūt tēporalia* Lap. *in d. allega. & regularia etiā ex alijs causis fieri perpetua.* Et *ualet in regularibus impetratio de beneficio regulari non expresso, q; sit manuale, quia* Papa *eo ipso quòd exprimitur esse regulare, intellit q; est amouibile, nisi esset curatū aut electiuū, & istud fuit sæpius tentū in* Rota, *cuius cōtrarium debuisset teneri. si attenderemus quod nō sequebatur infallibiliter, ex quo per priuilegiū, aut aliâs poterat esse perpetuū. Itē in seculari quod est perpetuū, clarū est ualere impetrationē de tali nihil exprimendo de perpetuitate. Secus si*

reperi

reperiretur esse manuale ex constitutione seu alio modo, quia tunc non teneret sine expreßione manualitatis Cal.cons.xxvj. de præbē.& ita in una Camerineñ. prioratus corā dño Bartholomeo de Petrasancta inter prothonotariū de spinola &
10 N.fuit conclusum q̧ gratia † unionis tacita manualitate in seculari,esset surreptitia,non in regulari,non curato,nec electiuo,& utrunq; noto in illa decisione incipiēte, cōclusum fuit in palatio,facit etiā stilus cancellariæ in expeditione,qui quādo non est cōuentus in monasterio,exprimit monasteriū,quod cōuentu caret,quādo est,non aliter exprimit,sed solū dicit tale monasteriū, quasi primū Papa ignoret, secundū intelligat ex expreßione monasterij,ut supra in alijs similibus.;ad Card. in d.consi.quod uerba in impetrationibus debēt tantū operari id,q̧ necessariò inferūt ,responsum est ita de neceßitate inferri inspecta dispositione iuris cōmunis,quæ semp inspicitur quādo nil est immutatū,& ex prædictis est responsū ad d.decis.xl.de rescrip.quæ etiā facit ꝑ ista parte quomodocūq; qualitates sint expressæ.Nō obstat c.susceptū de rescri.in vj. qd' expresso uno modo nō uenit alius,quia in casu de quo agitur, uterq; modus & de utraq; cura erat dictū per æquipollēs,& ut supra.Nec obst.Bisignet.xviij.de præbē.quā Fely.ponderat in d.c.in nostra,quia uerū est expressa dignitate nō censeri expreßā curā,nisi sit talis,cui de iure cura immineat, & si esset talis,non requiritur alia expreßio,quia Papa intelligit,& de præpositura loquitur Bisignet. ac de impetratione ad quodcunq; officium & personatū uacās & uacaturū &c.unde nihil ad rombum. Et ita in una custodiæ fuit etiam iudicatum,
11 † quod bona impetratio de custodia, non expresso quod aliquid ei incūberet,& cōstabat,quod tenebatur ad ea quæ habentur in c.unico de offi.custo.quia Papa hoc intelligebat eße

de iure, ad hoc etiam facit quod Bar. tenet in l. j. ff. si cer. pet. iij. col. satis esse quod dictum testis in sui ratione, ut scio: quia sum uicinus concludat præsumptiuè nõ necessariò ex præsumptione iuris taliter, ꝙ ad condẽnationẽ sufficiat. in casu autem isto sufficiat ad omnia uera iuris dispositio, quã sequi oportet nisi probetur alterata, & ꝙ sit satis cõcludere præsumptiuè iuris præsumptione in dicto testis, plura cumulo in illa decisione, ꝙ fama probatur per testes de auditu publico, incipit ad hoc ut testes, ex quibus patet in puncto iuris decisionẽ relatã per Bisignet. non procedere, nec esse sequendã attento stilo curiæ minus in dubio in quo pro ualiditate & excusatione à nul
12 litate, sed in cõcurrente regula cancellariæ † de qualitatibus exprimẽdis in impetrationibus beneficiorũ, an dignitates, personatus, uel officia sint, eisq; cura immineat animarũ, & an ad illa cõsueuerint, qui ꝑ electione assumi &c. de qua dictũ fuit, quia est de dandis propter decretũ irritãs in ea positũ, ut etiã dicit ibi glo. & cõmuniter dicitur, quoad eas quæ sunt de dandis uel non. nũquid habeãt decretũ, uel solùm sine decreto respiciant expeditionẽ, ut primo casu sint de dandis non in secũdo: dubiũ facit quia Bar. in l. iiij. §. prætor ait. ff. de dam. infec. & Abb. in c. pastoralis in prin. de appel. uolunt ꝙ statutũ interpretatur contra ius, quãdo aliàs nihil operaretur, ut scilicet aliquid addat iuri communi, ita quod non sufficiat mentio per æquipollẽs. sed saltẽ fieri debeat cõditionaliter, ut dicitur in regula, sed una pars dominorũ ꝓpterea nõ inclinauit in negatiuã, nec recessit ab affirmatiua cõsiderãs, ꝙ regula noluit in hoc destruere tot regulas iuris uno uerbo ar. l. si qñ. C. de inoffi. testa. & quod sit satis per æquipollẽs & alijs modis, ut
13 supra, uel dicamus quod qñ dispositio † principis potest interpretari in derogationẽ iuris cõis, & etiã ad conseruationẽ
potius

potius accipiamus pro conseruatione, secundū Inno. in c. dudū de deci. in ij. cuius dictū de facili non reperitur alibi secundum But. *ibi & de eo meminit* Bal. *in l. bonorū.* C. *qui admit. ad bo. pos. ut refert ac sequitur* Fely. *in trac. quādo lite ap. no. patr. in iij. ampliatione qd' dictū, an intelligāt in dispositione principis nō statutaria, uel in statutaria aut habēte rationē paritatis cum statutis, uidendū pro cōcordia uel cōtrarietate? occurrit tamen q̄ doctores satis Moderni dixerūt curiales cōmuniter tenere satis esse de collegio fieri mentionem, ut* Domi. & Phil. Frā. *in locis allegatis & q̄ talē impetrationē regula meruerit, à qua non sit discedendū l. minime. ff. de legi. quia in monasterio non habente conuentū, stilus etiam hodiernus habet, ut dicatur, quod conuentū caret, in habente contentatur dicere solum monasteriū, & sic de alijs.* Regula *autem si non dicat saltem conditionaliter, respicit abbreuiatores, quòd debeant dare negatiuè. ergo quod ipsi faciūt est inspiciendū secundum tempus, quo stilus uariatur ut dicit* Lap. *allega. lj. & cui iura deseruiunt. xxix. dis. c. fi. & c. fi. de transac.* Nam *ad dignoscen-*
14 *dum, an taciturnitas † habeat uitiare, requiritur quod sit talis qua expressa princeps facile non cōceßisset ad no. in c. postulasti & c. super literis de rescrip. quod intelligitur secundum cōmunē cursum & stilū cancellariæ, nā aliàs nō posset unquā sciri, an princeps fecisset gratiā, aut nō fortè eam fecisset, unde referendū est hæc ad probabilē coniecturā, uel communem usum aliarū literarū per principes cōcessarū, seu concedi solitarū, ita dicit* Fely. *in c. in nostra eo. ti. in xx. correl. & facit l. si interpretatione. ff. de legi. & c. cum dilectus de consue. &*
15 *quando † exprimitur quod est falsum, non uitiat etiā expressio, quæ non inducit ad concedendum, pulchra est decis.* Egid. *iiij. &* Rot. *lxix in antiq. de rescrip. & ibi de materia &* Mil.

in uerbo gratia.in beneficialibus si est surreptitia in repertorio uideatur etiam Alex.in l.fi.§.in cōputatione.C.de iure deliber.quomodo procedat doctrina Bar.in d.§.prætor ait.

XIII. Decis. SVMMARIVM.

Sustinetur impetratio beneficij ex resignatione,in ecclesia cathedrali sub nomine san.Petri.

EPITOME.

1 Beneficium in cathedrali ecclesia,licet non sit opus exprimere nomen sancti, tamen si impetratur ex resignatione alterius & fiat huiusmodi expressio sustinetur.
2 Resignationes an fauorabiles & coadiuuandæ existant?
3 Impetratio etiam ex causa cessionis,est ambitiosa.
4 Impetratio de beneficio vacaturo non comprehendit beneficia in cathedrali existentia,nisi exprimatur.

DECISIO XIII.

Licet glo.antepe.in fi. in c. quāuis de præbē. in vj. uelit q̃,
1 *nō ualeat impetratio de beneficio † expresso nomine sancti Petri in cathedrali ecclesia propter stilū,& cū ea transeāt doct.Nihilominus in una Virduneñ. Ca. & Præbē. corā dño Martino de Spinosa,dñi substinuerunt impetrationē ex causa resignationis,ex eo q̃ resignationes à mera uoluntate & quæ*
2 *dam quodam modo liberalitate fiūt † & quia sunt fauorabiles ac adiuuandæ etiā respectu resignātis,& eius cui prouidetur, quæ decisio habet multum de æquitate & bono iudicio, sed in puncto iuris nō posset defendi supposito stilo,ac cōmuni sen*
3 *tentia per glo.ex quo impetratio etiā ex causa † cessionis est ambitiosa,& ideo restringēda,ut d.c. q̃uis cū uulg. & potest impetranti dici expressisses cautius, & prout stilus docet l.in*
4 *ciuilem.C.de fur.Itē beneficia † in cathedrali nō ueniunt, nisi de ea dicatur,& dicēdum est sine nomine sancti,ut inquit Fely.etiam in c.in nostra.xxxix.correl.de rescrip.ad idem Abb. in c. sacrosancta de elect. ubi limitat in primo nota. magnam tamen*

tamen excusationẽ meretur, qui exprimit ecclesiam cum inuocatione sancti sub qua intitulatur & sine dolo est, unde excusationem meretur l.igitur.§.potest.ff.de libe.cau.

XIIII. Decis. SVMMARIVM.

Signatura per fiat, præfertur signaturæ per concessum, etiam si habens per concessum possideat, vel habeat motu proprio.

EPITOME.

1 Regulæ cancellariæ disponens, quòd habens signatura per fiat, præferatur alteri habenti per concessum, intelligitur etiam si habens per concessum eadem die sit possessor.
2 Cap. si à sede de præben. in vj. quomodò intelligatur?
3 Gratia motu proprio concessa, vincit omnes alias prærogatiuas.

DECISIO XIIII.

1 *Regula est Cancellariæ † q̃ habẽs gratiã per fiat in concursu præferatur habenti per concessum quæ 1513. in duabus causis fuit interpretata, ut procedat etiã si habẽs per concessum eadẽ die sit possessor non ob. c. si à sede de præben. in vj. quia habebit locũ data in cæteris paritate, & altero tantum poßessore. Idẽ si habẽs cõcessum, haberet etiã motũ proprium, & ad id quod dicebam duo uincula uincere unum l. cũ in adoptiuis. C. de adopti. §. si hodie insti. eo. auc. itaq;. C. eo & quod triplex funiculus potentior est uno c. j. de treu. & pa. cũ uulgaribus, dixerunt domini quasi omnes, quòd regula loquebatur generaliter nõ attentis alijs prærogatiuis, sed sola signatura ut supra, itaq; simpliciter erat intelligẽda, & quod d. c. si*
2 *à sede, † exorbitat, ut inquit ibi Phil. Fran. iij. col. & non excedit terminos suos c. j. de sepultu. ad hoc quia reperiatur collatio facta uni per Episcopum, & eadẽ die alij per Vicarium, præfertur habens ab Episcopo habenti à Vicario etiã possessori secundum Domini. in d. c. ij. Cald. consil. vij. eo. tit. qui*

tamen uideatur, quia in hoc cōtradicit Phil. Franc. ij. col. post Lap. quāuis pro opi. Domi. faciat illa ratio quòd episcopus, & sic alius superior conferendo uidetur auferre potestatē uicario quoad illud beneficiū, ne uideatur facere actum nullū l. iij. ff. de mil. testa. Et cùm non appareat de prioritate &c. nisi pro opi. Lap. possesio faciat præsumi anterioritatē occurrit quod d. c. si à sede, procedit quādo à diuersis. Idem beneficium confertur eadē die, non quando ab eodē, & sic non quando à papa & alio auctoritate papæ, quia papa facere dicitur. c. si eum. c. si apostolicæ. c. hi qui, de præben. in vj. c. cum aliquibus de rescrip. eo. lib. l. j. §. sed neq;, uer. omnia. C. de uete. iur. enucl. unde Car. aut alius dicit cōcessum in præsentia domini nostri papæ, idem de uicario respectu ordinarij, quasi ab eodem, non à diuersis factum censeatur. bene autē diuersi censentur, si papa, legatus de latere, & ordinarius loci cōcurrerent, & ad illud de pluribus uinculis supposita ueritate etiam respondetur magis specificando, quod locū habet, nisi unum sit potentius pluribus l. nam & si parentibus. ff. de inoffi. testa. facit etiam,
3 *quia in regula de cōcurrentibus quod habēs † motū propriū præferatur cæteris non habentibus aliàs graduati non graduatis, & sic de alijs prærogatiuis, ibi solus motus proprius uincit aliàs prærogatiuas quotquot sint, & ita glo. sentit ibidem.*

XV. *Decis.* SVMMARIVM.

Effectus qui causatur ex possesione in terminis c. si à sede, de præben. in vj. non procedit in possesione illius, cui prouidetur per mortem ciuilem, aut naturalem prouisi ab inferiore.

EPITOME.

1 Dispositione c. si à sede, non habet locum in possesione illius, cui prouidetur per cessionem vel mortem prouisi ab ordinario, qui concurre

curreba cum prouiso à Papa.

3 Prouisio magis qualificati ex cessione minoris prærogatiuati, nõ præiudicat alteri eodem die cum minori in prouisione concurrenti.

3 Prouisio in beneficialibus est actus legitimus, qui non recipit diẽ neque condictionem.

DECISIO XV.

Item fuit dubitatum coram domino Camillo de Ballionibus in causa Vormatieñ. scholastriæ 1518. ad materiam d.c. si à sede, de præbẽ. in vj. an possessio esset in consideratione, quã do unus habet à Papa, alius ab ordinario eadẽ die, & de prioritate nõ apparet, si neutro possidente habens ab ordinario cedat, uel decedat, & prouideatur Titio, qui postea assequitur possessionẽ, & habens à Papa cedat etiã & prouideatur G. an G. debeat obtinere, & præferri Titio? & quidã arguebant Titium fore absoluendũ ex eo, quòd militet præsumptio prioritatis tituli in habente ab ordinario, ex quo is qui est prouisus, ex eius cessione habuit possessionem. nam si prouisus à Papa fuisset prior, uerisimile est quòd habens per eius cessionem uel decessum assequutus fuisset possessionem non alius, ad hoc facit quod Lap. uoluit in d.c. possessionẽ cõsiderari tẽpore quo agitur, & nõ distinguitur magis de possessione primo quàm secũdo loco prouisorũ l.j. §. generaliter. ff. de leg. præstan. Item Titius est reus & possessor & G. est actor & cùm non cõstet an prouisus à Papa fuerit anterior in dubio debet absolui l. qui accusare. C. de eden. c. fi. de re iudi. Sed cõtrarium à maiori parte fuit conclusum, & hoc mihi placuit eo fundamẽto, quia si cedentes cõcurrerent, prouisus ab ordinario succumbebat prouiso à Papa propter ampliorẽ prærogatiuam cõferentis. unde ex cessione eius qui nihil habebat, Titius nihil
1 *consequitur, † quia plus iuris ex eius persona cedente uel decedente, non transfertur quàm haberet l. traditio. ff. de acqui.*

re,domi.l.si liberã.C.q. cum eo,& in regula nemo potest de reg.iu.in vj.nec à cedente,sed à superiore inuestiente ius habetur ut no.Abb.in c.ij.de præscrip.superior autem prouidet, nisi alteri sit ius quæsitũ tempore prouisionis,ut patet in clausula,quæ in ꝓuisione apostolica apponitur, nec ex tit. nouo concurrit Titius cum prouiso à Papa,neq; reperitur esse in terminis d.c.si à sede,nimirũ si præfertur Gaius. possessio nã q; sua uenit ad ti.suum ex eius uigore,non ad titulũ prouisi ab ordinario,de quo loquitur d.c.merito non cõsiderabilis maximè quia d.c.exorbitat prout Phil.Franc.ibi,ita q. ultra casum suum non extenditur,sed solùm procedit in possessione primo loco prouisorum eodem die.non ob.q. prouisus ab ordinario primo loco absolueretur,si possideret,quia tunc loquitur d.c. nec sumus in dubio,q. Titius mereatur absolui,sed in claro iure prouisi à Papa,& sic etiam eius qui eo cedente haberet & d.c.si à sede,adiudicatoriam etiã ac canonizatoriã cõcedit,& si prima opinio procederet,posset alter habens ab ordinario cedere in fauorẽ tertij,qui haberet possessionem uel alterius, qui de facili & sine mora posset habere,& eo modo tolleret ius prouiso à Papa,quòd sine eius facto non aufertur regula id quod nostrum de reg.iur.in vj.& aliàs absurdum & cõtra iuris regulas in auc.de non eligen.se.nuben.§.cum igitur col. j.c.solicitè de ma.& obe.&.c.nona de pe.& remis.Sic in duo
2 bus † personis à Papa eodem die,quorum magis prærogatiuatus seu gratificatus uincit alium, quia non perderet ius, si alius cedat in fauorem tertij,qui esset magis qualificatus, quã
3 primo prouiso eodem die,ulterius prouisio in beneficijs † est actus legitimus,qui nõ stat in pendẽti data acceptatione prouisi,sed statim perficitur,nec recipit diẽ aut cõditionẽ c.ij.de elec.ca.si tibi absenti de præben.in vj.regula actus legitimi de reg.

reg.iur.ff.& in vj.unde remota seu nō data possessione in pro uiso ab ordinario.statim fuit quæsitū ius apostolico.nō ob. q Lap.uoluit inspici idem tēpus quo agitur in ipsa possessione, quia gl.in d.c.si à sede Domi. & Phil.*Fran.sentiunt cōtrariū, & esto sine præiudicio ueritatis,quòd esset uera opinio* Lapi *locum haberet in prouiso ab inferiore possidente tempore li tis concurrente cum prouiso à superiore non in alio.*

XVI. *Decis.* SVMMARIVM.

Impetrationi ex cessione in manibus Papæ factæ per familiarem alicuius Cardinalis in curia præsentis,vel eum qui renunciat beneficio sito in ecclesia,in qua Cardinalis ratione administrationis habet indultum, nō nocet taciturnitas nominis,tituli,& familiaritatis,seu indulti eiusdem Cardinalis, nec quod regulæ de viginti diebus derogatum sit,& ex eadem infirmitate cedēs infra dictū tēpus decesserit.Vel sic,Causæ de præsenti aut de præterito non de futuro contingenti surreptionem inducunt.

EPITOME.

1 Regula de exprimendo nomine & titulo, ac consensu Cardinalis in impetratione beneficij vacantis per obitū familiaris sui, non habet locum in prouisione facienda ex resignatione familiarium & nu.4.

2 Taciturnitas causæ de præsenti aut præterito retrahens, vel reddens principem difficiliorem ad concedendum,inducit surreptionem,secus de illa quæ posset contingere de futuro.

3 Futura habentia se ad esse & non esse,non est opus,vt de eis in impetrationibus mentio habeatur.

5 Regulæ cancellariæ sunt stricti iuris, & nō egrediunt suos terminos.

6 Derogatio regulæ de xx.est fauorabilis.quia fit reductio ad ius commune.

7 Derogatio regulæ de xx.etiam in beneficijs existentibus,vbi Cardinales habent indultum,non inducit surreptionem.

Decisio

DECISIO XVI.

VNus familiaris Cardinalis de Fernesio cesserat in manibus Papæ, Papa prouiderat Titio nõ expresso de fa-
1 miliaritate † nomine & titu. eiusdẽ Cardinalis & cũ derogatione regulæ de infirmis resignãtibus & infra uiginti dies ex eadem infirmitate decedẽtibus. prætẽdebat Cardinalis 1514. prouisionẽ nullã, qa obierat infra dictũ tẽpus, quasi Papa nõ prouidisset ita de facili, nec regulæ derogasset intellecta familiaritate c. cũ adeo c. ad aures c. si proponẽte cũ alijs de rescriptis, nã remota derogatione dictæ regulæ uacasset per obitum nõ per resignationẽ, ut in eadẽ regula idẽ nõ admissa cessione, seu nõ facta alicui prouisione ex ea, & tunc per aliã regulam impetratio sine expressione nominis, tituli, ac familiaritatis Cardinalis, eiusq; cõsensu, si in curia sit nulla est, & secundũ decisiones de familiaritate Cardinalis dicere oportet, ut plenè Fely. in c. in nostra. xxj. corr. de rescrip. Sed pro ualiditate fuit
2 conclusum ea ratione, quia causæ † de præsenti aut de præterito existẽtes aliàs tales, quæ retraherẽt, aut difficiliorẽ principẽ redderent sunt in cõsideratione quoad surreptionẽ, obreptionẽ, & intentionis defectũ inducendũ, non de futuro quæ possent & nõ possent cõtingere, ut in omnibus iuribus in materia disponẽtibus, patet ad hoc decisio Rotæ. xxv. in no. de rescrip. quod nõ sunt ponderãda in proposito futura habẽtia se ad esse, & nõ esse per iura quæ adducit. Et propterea Fely. in
3 d. c. in nostra eo. ti. corre. vij. dicit quod de futuris † habẽtibus se ad esse, & nõ esse merè cõtingenter, nõ est opus in impetratione facere mẽtionẽ. cõtingẽs autẽ erat quòd infra uel supra xx. dies, & ex eadem infirmitate decederet. Item, quod Papa
4 prouideret uel non, ut supra, & quo ad familiaritatem † regula nõ loquitur de resignãte, sed de moriẽte seu impetrante beneficium

neficium uacans per obitum familiaris, non per resignationem & decis. de quibus Fely. in d. corre. xxj. procedunt in casu uacationis per obitum, & ita etiã glo. in d. regula & de iure semota regula prædicta omnino per resignationem uacasset, unde non est in consideratione remotio obstaculi regulæ, sed magis dispositio iuris, sicut causa naturalis non accidẽtalis l. qui
5 habet. ff. de tute. regulæ † enim sunt iuris stricti quemadmodũ statuta, & non egrediunt terminos suos l. iij. §. hæc uerba de nego. gest. l. si seruum. §. non dixit prætor. ff. de acquiren. hæredita. cum si. & reductio ad ius commune. & sic derogatio re-
6 gulæ est fauorabilis † prout etiam alternatiua, quæ ordinarijs in sex mensibus conceditur nõ obstan. gratijs præuentiuis & pendens à mera principis potestate, & uoluntate l. si unus. §. quod & in specie de pact. l. non statim. ff. de pecul. xxxv. di. ab exordio c. cum aliquibus & ibi Domi. ij. col. de rescrip. in vj. Ancha. cõsi. cxxxj. Ita quod non possumus dicere uacasse per obitum, sicut auarè quidam in partibus habentes priuilegium mediæ annatæ de benefi. uacantibus per obitum prætendunt, quando post cessionem est facta mentio cũ derogatione dictæ regulæ, & cedens moritur infra uiginti dies. Nã inspecto iure hoc non est uerũ, nec inspecta regula ex quo sublata est, idem si non essemus in familia Cardinalis, sed in habente beneficiũ in ciuitate, uel dioece. cuius Cardinalis est administrator, & habet indultũ propterea de omnibus beneficijs uacãtibus, præter quã p resignationem in manibus Papæ, & resignãte illud cũ simus in casu exceptuato, quẽadmodũ quoad regulã iam dictam in casu non comprehẽso in ea, taliter quòd nec de indulto est necessaria mentio, & ad hæc facit dec. cum suis motiuis incipiens, commendauerat, nec quod derogetur regulæ de. xx. diebus causat surreptionem aut obreptionem, quia militant

militant eadem motiua & ita fuit iudicatum quod nõ,ad multa similia ut inquit Fely.*in* d.vij.cor.*cum non noceat taciturnitas iuris quod in beneficio potuisset quis consequi,si ego nõ impetrassem,etiam si per impetrationem meam precludatur ei uia ad futuram & nouam impetrationem,prout in casu regulæ,quoad familiares,& indulti quoad non familiares precluditur.*

XVII. Decis. SVMMARIVM.

Optio præbendarum distinctarum non inducit mutationem canonicatuum,nisi vbi hoc habeat consuetudo,& vide quando præbenda sit ius spirituale,quando quid temporale,& in quibus consistat?

EPITOME.

1 Canonicatus an mutetur per mutationem præbendæ?
2 Optio vel assensus in ecclesijs absq; nouo titulo,& collatione fit.
3 Optio præbendarum de quibus intelligatur,ut optio locum habeat?
4 Præbenda constituitur ex rebus temporalibus, ideo potest assignari laico,quando non est annexa canonicæ.
5 Excommunicatus potest præbendam vacantem optare.
6 Collatio beneficij facta excommunicato , etiam excõmunicationem ignoranti est nulla.
7 Iudex an teneatur iudicare secundum decisiones Rotæ.

DECISIO XVII.

Erant in ecclesia Aqueñ.*præbẽdæ distinctæ,una de* Istrio *nũcupata.Alia de* Alansono,*& sic de alijs.* Antonius *de Turri obtinuit sibi prouideri à sede apostolica de canonicatu & preben.quos* Elzearius *de* Turri *in dicta ecclesia obtinebat ex cessione dicti* Elzearij,*qui postea obijt,capitulũ noluit admittere ad possessionem præben.de* Istrio Antonium, *quia stante statuto seu cõsuetudine de optando* G.de Cordoano *antiquior canonicus dimisit suam de* Alãsono,*& optauit ipsam*

de

de Istrio taliter, quòd illã de Alansono habuit Antonius. dubitaui ego, qui eram auditor huius causæ, an Antonius habuerit canoniã quã obtinebat G. & G. canoniã quã obtinuerat Elzearius ita, quòd per mutationem præbẽdarum essent mutatæ
1 canoniæ, cùm dicat Egi. decis. lxiij. quod in præbendis † distinctis, mutata præbẽda mutatur canonicatus, propter inseparabilem cõnexitatẽ & Rot. vj. de cõsue. in no. idẽ sentiat. Sed contrariũ fuit conclusum, quia per optionem non extinguitur antiquus titulus, nec nouus quæritur dicũt Io. An. Ancha. & alij in c. fi. de cõsue. in vj. quod esset necesse fateri si fieret mutatio canonicatuũ, pro hac parte Rot. Bisignet. v. eo. titu. ubi determinatũ fuit contrariũ, quia ex quo non habebat ti. canonicum in prima minori non potest haberi in secunda media, quoniã
2 in ecclesijs, ubi habet locum optio, † uel assensus, seu permutatio præbendarum fit transitus de una ad aliam absq; nouo tit. & absq; noua prouisione seu collatione in uirtute prouisionis habitæ in prima secundũ Archi. & Ioan. And. in d. c. fi. & Rot. decis. xv. in antiq. eo. ti. unde si canonicus titulus non erat in prima, non potest haberi in secunda, aliâs sequeretur quòd eam sine canonico ti. obtineret contra c. j. de reg. iur. in vj. idẽ tenet Card. consi. cxxvj. dum dicit quòd antiquior canonicus sine noua collatione ex ti. quem prius habebat in præbenda, permutat prædia præbendæ. non enim posset acquirere nouũ titulum præbendæ sine institutione, sicut non posset sibi ipsi conferre, aut se præsentare uel eligere c. cum in iure de elect. c. fi. de inst. cum ibi not. & in casu quem prosequitur subiũgit quod remanẽte Io. præbenda sua ipse adeptus est possessionem præbẽ. Viuiani & possessionẽ præbendæ suæ fictione iuris ex iure cõsuetudinis fuerũt applicatæ præbẽ. Viuiani & not. secundum Car. ibidem, quod consuetudo, quæ habet quòd antiquiores

3 quiores canonici poßint optare præbendas † non intelligitur de præbendis propriè sumptis, prout præbenda est ius spirituale, quod confertur soli canonico, sed intelligitur impropiè prout præbenda est temporalis ipsa idest prædia uel redditus, quod propriè sumpta sit ius spirituale, singulariter probatur in c. dilectos de præben. ibi de cōmuni assensu augmentare ualeant numerum præbendarum quoddam ius spirituale de nouo creādo, de impropriè sumpta loquitur tex. in c. quia nōnullis de magi. in uerbo aßignetur, dum dicitur aßignando magistro fructus unius præbendæ, & notanter dicit de prouentibus & nō de ipso ti. præbē. quòd sic debeat accipi cōsuetudo de optā do, probatur ex eo quod not. Ioan. And. in d. ca. fin. de consue.
4 & cōstituitur præben. † ex rebus temporalibus inquit Abb. in c. suggestū de iur. patro. differentiā inter canoniā & præbendā ponit glo. in c. cum M. Ferrarien. de consti. & Abb. declarat quādo præbenda est ius spirituale, quādo tēporale in d. c. dilecto & in c. maioribus eo. ti. quia quādo nō est annexa canoniæ dicitur quid tēporale, & potest cōferri laico ad ipsius subuentionē. quādo uerò est annexa tūc est ius quoddam partim tēporale partim spirituale ratione canoniæ, nec laico cōferri posset quāuis ius patronatus, quod etiam est mixtum c. quanto de iudi. cadat in laicum, quia hoc est ex gratia c. quoniā de iur. patro. Ad decisionē ponderabat pars quæ erat pro non mutatione canoniæ d. consf. Car. in suo casu. nam ex tenore literarū prouisionis cōstat quòd P. impetrauit canonicatū ultimi defuncti & præbendā, quæ uacauerat per dimißionē ca-
5 nonici qui optauerat, unde si optādo † præbēdam esset uisum etiam acquirere nouum canonicatum, & dimittendo præbēdā dimittere antiquum, literæ apostolicæ nō emanassent quod canonicatum per obitum, & quoad præbendam per dimissionem,

sionē, sed per dimissionē super utroq;. tamē an bona esset impetratio disputat Car. & uult quòd ex dimissione Martini nō uacauit præbēda fuit etiā ponderata decisio Rot. v. de concess. præben. in no. quod excōmmunicatus potest optare. ergo nō possumus dicere q; acquirat nouū canonicatū, cùm collatio † be-
6 neficij facta excōmunicato sit nulla c. postulasti, de cler. excō. mi. quod procedit etiā quando ignoraret excōmunicationē, ut habetur in decis. incip. nō ualet collatio. præterea quādo præbendæ sunt distinctæ est diuersitas inter canoniā & præbēdā, quia facta mentione de canonia non censetur facta mentio de præbēda Rot. de rescrip. in no. xxxij. ergo non est bona illatio l. Papinianus exuli. cum si. ff. de min. Et sic non sequitur quod optando præbendā dimittat quis canoniam, ex his fuit dictum quod uel decis. vj. de consue. non loquitur in his terminis uel si loqueretur quod est cōtra cōmunem à qua non est recedendū, ut dicunt doct. in c. j. de cōsti. Nisi cōsuetudo haberet, quòd canonia in hoc sequeretur præbendā. dicebatur etiā decisionē loqui, quando præbēdæ erant tit. beneficiales, quia tales nō sunt in proposito casu, & ita etiā Egi. decis. lxiij. pro quo d. decis. vj. ibi aut præbēdæ ut sicut ti. beneficiales & ecclesiastici sunt inter se actualiter & realiter distinctæ, & in ult. col. ibi & sic loquitur tex. de præbē. ut titulus beneficialis possessa & cōferunt quæ sequūtur ibidē. & si Rot. & Egi. tenuissent cōtra decisionē istā & secundū uarietatē temporū Rot. uariè senserit, & stilus etiā non fuerit firmus, ut cōfert Lap. alleg. lij. & dico in alia decis. sicut pro diuersitate locorū, tēporū, & hominum scripturæ sunt intelligēdæ. xxix. dist. c. fi. & c. fi. de trāsa.
7 in fi. nec iudex cogitur iudicare † secundū decisiones, quia non sunt approbatæ per papam, sed eis statur tanquā decisionibus magistralibus inquit Car. in c. pastoralis, de fide instru. & ita

de mense Octobris 1519. conclusum quòd canonia quã Antonius resignauerat in manibus legati Auinioneñ. erat illa, de qua prouisum fuerat eidem Antonio ex cessione Elzearij, & non illa quam tempore optionis obtinebat G. de Gordoano, & quia super ea in curia lis pendebat erat canonizanda surrogatio Bartho. Bochi. contra Antonium & Claudium Badoche prouisum ex cessione Antonij.

XVIII. Decis. SVMMARIVM.

Per oppositionem quæ fit à filijs patrimonialibus in Palentinen. dioces. ac alijs ad beneficia patrimonialia aut præstimonia, nõ quæritur ius in re nec ad rem, de quo in prouisione Papæ necessaria sit mentio: nisi quatenus ex sinodalibus constitutionibus aut consuetudine præscripta, quæsitum appareat.

EPITOME.

1 Impetrans beneficium patrimoniale à Papa, an de oppositione per filios patrimoniales coram ordinario loci causa obtinendæ prouisionis iuxta statuta locorum facta, mentionem facere teneatur?

2 Impetrans an de præsentatione, uel electione aut de acceptatione facta, per expectantem mentionem facere teneatur, & clausula dummodo non sit alteri, &c. quando sufficiat?

3 Præsentare, eligere, aut instituere seipsum nemo potest.

4 Electo, vel præsentato, & instituto quale ius quæratur?

5 Per oppositionẽ factam à filijs patrimonialibus non acquiritur ius in re, nec ad rem, nisi constitutio sinodalis, aut approbata consuetudo aliter disponat.

6 Lite inter opponentes legitimè introducta, an impetrans mentionem facere de huiusmodi lite teneatur?

DECISIO XVIII.

Multa sunt beneficia in diœce. Pallentinẽ. & quibusdam alijs in Hispania patrimonialia, seu præstimonia, aut
1 *præstimonialia nuncupata, ad quæ filij † patrimoniales, seu naturales oriundi ex ipsis locis, uillis, aut castris habent faculta-*

tem

tem se opponendi, quãdo uacant per se uel procuratorẽ infra dies quindecim uel plures, aut minores corã episcopo aut ordinario loci, uel eius uicario secundũ uarios ritus & statuta locorũ, qui ordinarij seu uicarij tenentur ea cõferre habilioribus & sufficientioribus, iuxta tenorẽ constitutionũ aut usum praescriptum, occurrit in una coram do. Hugone de spina 1517. quod duo filij naturales se opposuerãt ad unum tale beneficiũ uacans, tertius post oppositionẽ impetrauit à papa non facta mentione de oppositione, fuit dubitatũ an prouisio apostolica ualeret, & quidã dicebant quòd non allegantes Rot. deci. xvj.
2 Item licet de more de praeben. in no. ubi de praesentatione † & electione necessaria est mẽtio, quasi per oppositionem, saltem ad rem, sit ius quaesitum considerabile, quia si etiam in re non esset dubiuum propter clausulã, quae in prouisionibus apostolicis apponitur, dũmodo tempore datae non sit alteri in dictis beneficijs ius quaesitum, sed dixi quòd decis. faciebat contra & eius ratio, nam de acceptatione uigore expectatiuae, per quam quaeritur ius ad rem, ut ibi, non tenetur impetrans apostolicus facere mentionẽ: quia sine tali mẽtione sufficiũt clausulae, quas Papa prouidendo apponit, ut dicitur in d. decis. & no. Io. An. & Phil. Frã. post alios c. si postquã, de praebẽ. eo. lib. ergo nec de oppositione, dato quòd per eam quaereretur ius ad rem, nã licet expectanti praeiudicatum diceretur quo ad beneficiũ acceptatum, tamen gratia non peribat ex quo remanebat salua ad aliud uacaturum, non sic in praesentatis uel electis. oppositio autem accedit ad acceptationem, non ad electionẽ uel praesentationem, patet, quia in alio patrimoniali uacañ. potest se opponere, si in primo non potuit ex oppositione ius habere, sicut expectans secundum acceptare, non sicut sic electus aut praesentatus, si periret electio aut pñtatio, qa acceptare pẽdet

& est in mera facultate expectantis, & non acceptare ita se opponere cùm nō requirat, nisi factū oppositionis per se uel procuratorē coram superiore. eligere uerò ac præsentare à facultate & uoluntate tertij, propterea dicebā quòd per opposi
3 tionē nullū ius, etiā ad rem quæritur, cū nemo † posset se præsentare, eligere, instituere, baptizare, & similia, quoniā debet esse personarū distinctio c. cum in iure, de elect. c. fin. de insti. c. per uestras, de iurepa. c. debitū, de baptis. cùm à seipso nullus oriatur, nec in beneficio ius sibi ipsi tale cōferre ualeat, oporteat quòd per actū alterius tribuatur: & tamē per electionem
4 & præsentationē † quæritur ius ad rē per institutionē & cōfirmationē in re c. dilectus iuncta glo. de offi. leg. glo. in c. cum Bertoldus de re iud. & ibi Abb. iij. col. & est tex. in c. fi. de cōcess. præbē. in vj. ad illud quod sæpe fuerat iudicatū, quæsitum fuisse ius, etiā in re per oppositionē, dixi quòd fuit, quia in talibus ecclesijs, ita uolebat sinodalis cōstitutio, de qua fuerat datum, uel probata cōsuetudo præscripta, sed ubi de altero non cōstat nullibi cauetur, ex facto meo ius mihi in beneficio, uel ad beneficiū acquiri. ergo & c. l. illā. C. de colla. nec est exēplis iudicandū l. nemo. C. de sent. nec facio uim an prouisio apostolica sit ante tēpus datū ad opponendū, uel post, prout alioqui faciebāt, quia oppositio id ius non affert remota cōstitutione & consuetudine, ut suprà, neq; tēpus reperitur id operari, sicut nec obligationē inducit, nec tollit l. obligationū. §. placet. ff. de act. & obli. hoc nisi ante prouisionē apostolicā ordinarius inter opponentes tulisset sententiā canonizatoriā oppositionis alterius, etiā in qua institueret, prout solēt facere ordinarij, in talibus sentētijs, tunc enim ius in re esset quæsitū non obstañ. quod à tali sentētia fuisset appellatum, & non ualeret apostolica prouisio, ideo in partibus deberet fieri examen &

pronunciare infra octo dies adhoc, ut non præuenirentur ab apostolicis, uel ubi sunt statuta aut cõsuetudo reformare ea, & in scriptis redigere pro cõseruãda oppositione, quæ est in causa quod plures docti fiũt, qui remanerẽt ignorãtes. Vnde Rota quando potest iuuare probationes, quòd quæratur etiã ius in re, multũ dispensat, & ita cõclusit maior pars, quòd nõ obstañ. cõstitutione nec cõsuetudine, oppositio non impediat im
6 petrantem, sed si tempore impetrationis † apostolicæ lis esset inter opponẽtes bene introducta, non ualeret prouisio tacito de lite, quando cederet in præiudiciũ iuris litigatorũ, aliâs sic secundũ Oldr. consi. ccxcix. & Fely. in c. in nostra. de rescrip. xv. corre. uideatur Mil. in uerbo gratia si est impetrata lite pẽdẽte. cederet autẽ in præiudiciũ, si oppositio alterius ualeret, aliâs non deficeret, & quando dicatur lis talis & cõfirmatio ordinarij, uel institutio habeat uim diffinitiuæ uel interlocutoriæ tradit glo. in c. fi. de elect. in vj. in uerbo inanes, & ibi Domi. & Phil. Frã. ac Abb. in c. cõstitutis el ij. de appel. iij. col.

XIX. Decis. SVMMARIVM.

Inter onera beneficij curati, & quicquid necesse habet rector pro vnico clerico aut pluribus, & idem de alijs necessarijs præter seruitium ipsius rectoris, computatur.

EPITOME.

1 Expensæ vnius clerici, an minuant fructus adeò, quòd in expressione veri valoris deducantur?
2 In expressione veri annui valoris, an salarium deseruientibus in ecclesia dari solitum detrahatur?

DECISIO XIX.

Dubitabatur in una Parmeñ. seu Mantuañ. parrochiali corã me 1519. in qua dabatur de regula, quòd nõ erat expressus uerus ualor, & si deducebantur expẽsæ & necessa-

a ria † pro uno clerico, ita quòd uenirent in oneribus, sustinebatur gratia aliàs non, nunquid esset fienda deductio? Et plures domini in prima positione conabātur tenere negatiuā ea consideratione, quia sicut rector, qui deseruit per alium, non potest deducere salariū, qd' praestat uicario, ex quo per seipsum seruire tenetur c. extirpandae. §. qui uerò, de praebē. Ita nec debeat deducere pro uno clerico. Sed pro affirmatiua allegabam tex. in c. ut quisq;, de ui. & ho. cle. ubi habens curā populi debet habere clericū, qui ei seruiat, & ipsum iuuet. igitur quicquid necessariū est pro clerico, onus est & de redditibus deducendum. hoc enim est impoßibile plebanū sine ministro in sacrificio altaris & alijs, sine quibus ministrare sacramenta, ac seruire ecclesiae non posset sine uno clerico saltem esse posse. unde ibi Abb. not. quod redditus ecclesiae in dubio praesumuntur sufficere pro duobus, qa debet ad minus esse in parrochiali unus clericus ultra sacerdotem & Fely. in c. ad aures. iij. col. de rescrip. facit c. j. de insti. cum ibi no. & in secunda positione maior pars dominorū in affirmatiuā inclinauit: licet postea partes concordauerīt pro canonizando gratiam & pro affirmatiua: quae etiam est benignior noto, quòd corā do. Martino de Spinosa in una Regiē. 1521. inter Galeatiū, qui im-

2 petrauerat ob † non expreßionem ueri ualoris & alium, fuit habita à dominis consideratio de salario caeterorū presbyterorum, qui ultra rectorē necessarij erāt pro seruitute, seu ad anniuersaria, & alia ministeria ecclesiae, prout ex fundatione cauebatur & merito, quia omnia ista onera etiā necessaria, sunt sicut aes alienū ante omnia deducēda. l. subsignatum. §. bona. ff. de uerb. signi. & ideo ubi essent necessarij duo clerici & tres uel ulteriores presbyteri ultra rectorem, & eius seruitium totum esset in oneribus, quod no. quia saepißimè contingit.

XX.

XX. Decis. SVMMARIVM.

Si duæ prouisiones concurrant eadẽ die præfertur illa, quæ horam habet. Vel sic, Appositio horæ in gratia, seu instrumẽto facit iudicare, seu præsumere anterioritatem ad aliam gratiam, seu instrumentum eiusdem diei horam non haben. Item in materia reintegrandæ possessionis Rota restituit ad momentum.

EPITOME.

1 Horam habens in prouisione præfertur non habenti, & qualiter probetur hora?

2 Gratia apostolica licet non possit probari, nisi per literas, tamen eius qualitates per testes probari possunt.

DECISIO XX.

Quotidianũ est in curia, quòd concurrunt plures in prouisione unius beneficij eadẽ die à papa. Item à papa & ordinario. Et quia hora nõ ponitur in prouisione
2 *dudum de præbē. in vj. Quia uerū est Papā posse † præuenire expectantem, & ualet prouisio cum mentione decreti habēs clausulas, per quas in tali beneficio præiudicetur expectantibus, & ad alia ius eis præseruetur, tunc enim tollitur hoc dubium secundū Io. An. Phil. Fran. & alios in c. si postquā eo. ti. & lib. Car. cōsi. lxj. & habetur decisione. xvj. Item licet de morte eo. ti. in no. Vbi ante pulsionē & post acceptationē expectañ. Papa ualidè prouidet, in quo casus puisio nuncij deficeret, ex quo non potest apponere clausulas prædictas, sicut Papa facit. Rot. eo. ti. in no. xxviij. loquēs de nuncio, quod po-*
3 *testas † legati de latere & executorū ac nuncij nō extenditur ad beneficia reseruata, ad idē Rot. ult. de offi. lega. in antiq. & etiā prima uolens, q; legatus habens facultatē cōferendi beneficia certo modo reseruata, non potest reseruata alio modo, quàm expresso cōferre, ad illud de generalibus uel specialibus reseruationibus, quasi per speciales fuerit de expectatiuis cogitatum dicebatur quod est in parte executiua, quæ non ampliat dispositionē. ut in d. cle. unica, uel q; gratia erat per uerba factū, uel fiendū, quasi loquatur de inductis per literas, aut extrauagan. non per literas reseruationū, aut expectatiuarum cùm cōcedantur, & sit de more Papæ in illis loqui per uerbū factis, uel fiendis, in istis uerò per uerbum concessis, uel concedendis arg. l. uel uniuersorum. ff. de pigno. acti.*

VI. *Decis.* SVMMARIVM.

Expectans habens ueram datā præfertur habenti fictam. Vel sic, Si concurrant super eodem beneficio habēs expectatiuam sub data cōcessionis gratiarū, cum habente postea clausula adie-

cta, quod perinde valeat, acsi sub data concessionis &c. præfertur qui vere prius gratiam obtinuit, vel saltem gratificationem meretur.

EPITOME.

1 Expectans habens veram datam concurrens cum habenti fictam gratificationem meretur.

2 Fictio & veritas si concurrit in eodem subiecto, quæ præferatur? vide remissiue.

DECISIO VI.

1 IMpetrauerat unus † gratiam expectatiuã in prima expeditione gratiarũ sub data kalẽ. Martij. alius uerò obtinuit postea cũ clausula, quòd perinde ualeret, ac si sub prima data, & primis processibus concessa fuisset concurrebant super eodem beneficio, & aliâs erãt per omnia pares. fuit cõclusum præferri debere eum, qui habebat ueram datam, ex quo concurrit circa idem cum habente fictam l. filio quam pater. ff. de libe. & posthu. ad idem Bar. in l. j. §. hoc autem senatus. ff. ad sille. in primo membro quando fictio & ueritas concurrunt
2 † circa idem subiectum, uel eandẽ rem prout in terminis circa idem beneficium. Præterea ultra prædicta dixi, si res esset dubia, uel locus gratificationi, gratificãdum esset illi, qui innititur ueritati facit viij. dist. ueritate cũ ibi not. etiã ex eo quod secundum ueritatem est prior in tempore, ergo in iure potior l. prior. & l. aßiduus. C. qui poti. in pig. habe. & in regula qui prior de reg. iu. in vj. & ex eo quòd fuit in obtinenda gratia diligentior, cùm iura magis faueant uigilantibus, quàm tardè uenientibus l. pupillus in fi. ff. quæ in frau. cre. l. ut perfectius. C. de anna. excep. facit c. dilecto in fi. de uerb. signi. & c. pen. de consue. & ita fuit iudicatum.

VII. Decis. SUMMARIUM.

Expreßio doctoratus in expectatiua eius, qui

erat

erat solum bacchalarius, vel licentiatus non vitiat, si ex tali expressione ad plura beneficia, aut maiorem taxam gratia concessa non fuit.

EPITOME.

1 Gratia illius qui nominauit se doctorem, probando se bacchalarium, an, & quando surreptitia reputetur?

DECISIO VII.

Item eodem tempore in una Hyspalen. cano. & præbẽ. coram me tentũ est non uitiari gratiam expectatiuã eius, qui
1 in ea dicebatur in iure canonico doctor, & solũ † probabat se bacchalariũ per aliquos testes, & per quosdã licentiatum, nisi ex inueterato stilo, aut regula concederetur expectatiua doctori ad plura beneficia & collationes, seu ad maiorem taxam quàm licẽtiato & bacchalario, & utrũq; uel alterũ esset cõcessum. nã tunc non esset excusatio aliâs semotis regula & stilo, & non cõcesso doctori, nisi quod cõcessum fuisset licentiato aut bacchalario cessat dolus, & Papa non fuisset difficilior, & seruiunt fundamẽta proximæ decisionis. ideo uideatur regula de taxis in beneficijs, & si erit alia respectu pluralitatis beneficiorũ, aut collationum magis uni quàm alteri, ac tenor expectatiuæ & ponderentur quæ dicit Egid. decisione cccccclxj. in eo qui in permutatione dixerat se doctorẽ ac familiarẽ &c. & aduerte quod si daretur cõcurrẽtia in alia regula, ꝙ doctor præferatur bacchalario & magis graduatus minus graduato, & si ex hoc colligeretur dolus, destrueretur hæc cõclusio, cum superiori, quãdo esset aliqua cõstitutio, quæ familiares scriptorũ, de quibus in proxima præferret alijs. uerũ est posse cõsiderari quod nõ prodest, nisi probaretur ꝙ est expressũ per exprimẽtẽ ad doctrinã Io. An. in c. j. de lit. cõtes. in vj. & sic nemini expressio, etiã si fuisset malitiosa noceret.

VIII. Decis. SVMMARIVM.

Gratia in forma pauperum, dato quod apprehendat canonicatum & praeben. in ecclesia collegiata, non tamē cum praerogatiua regulae priuilegiantis pauperes. Vel sic, Regula concedens praerogatiuas habentibus literas in forma pauperum, non habet locum in canoni. & praeben. ecclesiae collegiatae.

EPITOME.

1 Gratia in forma pauperum, an capiat canonicatum & praebendam ecclesiae collegiatae cum praerogatiua regulae?
2 Gratia in forma pauperum potius iustitiae, quàm gratiae innititur.
3 Regula excipiens canonicatus & praebendae interpretatur de existentibus in cathedrali, si ꝓ pauperibus, secus in alijs gratiosis, & nu. 5.
4 Expectatiuae in forma pauperum iuxta formam à Martino v. traditam hodie conceduntur.
6 Vnio facta ex falsa causa, est nulla ipso iure.
7 Exempla Papae non inferiorum arctant.
8 Extrauagantes & regulae cancellariae, ante illarum productionem non considerantur.
9 Gratia ad beneficia vacatura non includit bneficia in cathedralibus existentia, nisi id exprimat.
10 Gratia concessa in communi forma pauperum, an sit aequalis cum illa, quae conceditur pauperi graduato.

DECISIO VIII.

Dicebāt maiores in una causa 1520. fuisse ab antiquioribus à multis annis citra iudicatū in Rota, *ꝙ literae ad*
1 *beneficia in forma secundum quam † pro pauperibus clericis scribi cōsueuit, capiebāt can. & praebē. ecclesiae collegiatae de quo non est dubiū, etiā cū priuilegio regulae dantis praerogatiuas incipientis, item idem dominus noster Papa pauperibus &c. Et de hoc est quaestio, quia licet simpliciter excipiat can. & praeben. ac personatus & uerba prout sonant, debeant accipi. l. j. § generaliter de lega. praestañ. l. nō aliter. ff. de lega. iij. Nihilominus ex quo innituntur iustitiae, ut non habēs benefi-*

cium

cium beneficietur, ac pauperis necessitati subueniatur, & earũ forma sit cõmunis c.postulasti de rescrip.c.accepimus de ætа. & quali.c.cũ secundũ apostolũ de præben. quæ cessat in habente beneficiũ, cùm ius non prouideat beneficiato c. quia in tantũ eo.ti.c.quia nõnulli de cle.nõ.resi.c.si pauper de præbẽ.
2 in vj.ubi glo.dicit quod forma, † qua mãdatur prouideri pauperibus, est iustitiæ, uel quasi & cõtinent potius iustitiã, quã gratiã, quæ gratia dicitur fieri iam beneficiato, uidẽtur mere
3 ri benignã ac fauorabilẽ impetrationem, quod exceptio † de cano.& præbẽ.intelligatur in cathedrali tantùm, pro qua facit, quia in dictis excipit dummodo beneficiũ cũ cura, uel sine cura in cathedrali ecclesia nõ existat.unde igitur regula exceptuãdo à prærogatiuis cano.& præbẽ.uidetur sentire de existentibus in cathedrali nõ extra, ad hoc ut regula declaretur per literas & ecõtra l.nõ est nouũ cũ duabus se. ff.de legi. & ne aliàs literæ uideantur cõtrariæ regulæ, uel obscuritatẽ cum regula inducãt cõtra tex.iiij.di.erit aũt l.unicã.C.de inofficio. doti.c.cum expediat de elect.in vj.præmissa uerò interpretatio non procedit in gratiosis ratione odij & ambitionis d.c. postulasti & c.quãuis de præbẽ. in vj.cũ si.his nõ obstañ. nec sententijs quæ proponebantur latè in una Colonieñ. can. & præbẽ.ecclesiæ collegiatæ ad uirgines inter Gofredũ Vanode ex una, & VVilhelinum ac Henricũ ex alia post plures disputationes pro Gofredo cõclusum fuit, non esse locũ prærogatiuis à sex ex dominis, cum quibus etiã de iure concurrebat pro septimo do.Martinus Spinosa, qui tamẽ propter antiqua iudicia uetuit non esse ab antiquis recedendũ cum eo dominus Decanus d.Bartholomeus de petra sancta dominus Nicolaus de Aretio & pro negatiua pronunciauit xiiij. Iunij 1521. d. Hugo de Spina, cui ego etiam primus responsalis, fundamen

4 *tum fuit quod literæ † huiusmodi conceduntur iuxta formam à Martino.v.datam,ut ex omniũ taliũ serie cõstat,& habetur in alia regula de expeditionibus literarũ pro pauperibus incipieñ.imprimis uoluit idẽ d.N.quod pro pauperibus &c.forma autẽ Martini est quod nullũ beneficium pauperes habere poßint,in cathedrali ergo exceptio quæ ponitur in regula de cano.& præben.non potest intelligi in ea,in qua omnia beneficia sint à similibus literis præseruata,quin potius neceße est intelligatur extra cathedralẽ.& iste est uerus sensus & proprietas uerborum generalis,& absq; restrictione seu extẽsione naturalis, qui non debet uiolari, cui cõgruit quod præfata regula prærogatiuarũ loquitur de literis quæ cõceduntur se-*
5 *cundũ formã Martini,dum † ergo excipit canonicatum & præben.neceßariò sentit de beneficijs extra, non intra cathedralẽ,de qbus* Martinus *dũtaxat edixerat,ut exceptio sit de regula & eius materia ac spectantibus ad eam l.* Nam *quid liquidè.§.fi.de pe.lega.l.j.cum ibi no.de reg.iur.c.in nostra.uer. præterquã de sepult.c.quoniã de cõiug.lepro. xxxij. q.vij.dominus.*Non *enim uera eßet exceptio,quæ nõ includeretur sub præcedentibus glo.iij.in c.cordi de appella.in vj.cuius natura est firmare regulã in nõ exceptuatis auc.de nõ alie.aut permu. §.ut aũt col.j.*Abb.*in c.super eo de appel.ij.col.& quod procedat de corpore primæuæ dispositionis, ut suprà, ac ponat contrariũ eius quod præcedit* Bal. *in l. actione.*C. *de trãsacti. nec sumus in casu,in quo exceptio nõ debeat eße talis,aut q̃ debeat perdere naturã suã, seu pro decisione requiratur,ut ampliet cum non dilatet ultra naturam regulæ l.generali. § uxori.ff.de usufr.lega.ubi* Bart. *&* Bal. *in d.l.actione & declarat latè* Fely. *in c.quoniam frequenter in prin.j.& ij.col.ut lite nõ contesta.ex eo quod* Martinus *uoluit pauperes uirtute dictarum*

rum literarū solùm posse habere beneficia extra cathedralē. unde regula prærogatiuās loquitur de talibus, & istud extra est tentū de materia, non aliquid in cathedrali & stante prohibitione Martini, ad cuius terminos loquitur regula, & expediuntur omnes huiusmodi gratiæ, non cadit dubitatio: quin omnia, quæ statuūtur in regula extra cathedralem duntaxat, accipiātur. siquidē Papa uoluisset priuilegiare in omni beneficio cōprehenso sub literis, nihil excepisset per regulā, & si uoluisset quòd in cathedrali admitterētur, dixisset in regula, aut alibi postquā Martini forma prohibebat l.unica.§.finaūt ad deficiētis.C.de cadu.tollē,c.ad audientiā de deci.nec potest fieri extensio, quin deberet, nisi in casibus, & ad beneficia, in quibus literæ possunt sortiri effectū, quinimo esset cōtra expressam ꝓhibitionē Martini ꝙ in cathedrali l.si qs nec causam si cer.pet.l.in agris.ff.de acqui.rer.do. Et pro ratione dictæ exceptionis quidā adducebāt glo.in c.statutū in princ.in uerbo se.ap.& in uerbo cōmunitantur de rescript.in vj. Vbi de rudi & pānoso clerico, quasi ad id respexerit regula in excipiēdo, ꝙ ita deiecti nō uincāt honorabiliores clericos in collegiatis, quodq; indecorū esset hoc in quibus, & si canonicatus & præbēdæ nō decorēt obtinētes ea, prout in cathedralibus, ut in d.c.& glo.tamē sunt beneficia honorabiliora alijs, quāuis canonicatus etiā cathedralis ecclesiæ sit simplex beneficiū, sed honorabilius alijs simplicibus, ut in d.c.statutū & Abb.in c.extirpādæ.§.q uerò in repetitione ij.col.de præben. Omitto an hæc ratio cōcludat ex quo alijs stat firma decisio, quam etiā D. Abbreuiatores de maiori præsidentia tenuerunt respondendo consultationi Rotæ, & signatura etiam gratiæ sæpius in ea posita materia, in qua D. referendarij ita sentiebāt, & Reuerē.dn̄i Cardina. Anchonitanus sanctorū quatuor

& Cāpeius solo dño Iacobatio dubitāte propter iudicia contraria suo tēpore in palatio facta, nō tamē mirandū, nec nouū quod diuersimodè ex diuersitate tēporū, & personarū iudicetur, cū tot sint capita quot sentētiæ, & cuiq; sua intelligentia ac uelle, inquit Persius satira v. quilibet enim abūdat suo sensu, sic prouincia qualibet, & uariæ sunt hominū uolūtates c. certificari de sepultu. l. quia poterat. ff. ad treb. c. super literis & ibi gl. in uerbo diuersos de rescrip. c. qa diuersitatē de concess. præbē. diuersæ nāq; sunt diuersorū sentētiæ l. diui. ff. de iure patro. c. literas uer. sane. de resti. spolia. & in arg. c. nō debet de cōsang. & affi. c. fi. in fi. de trāsac. xxix. di. c. fi. & ꝑut dicit
6 Mil. in uerbo unio † facta ex falsa causa, noui auditores tunc tenuerūt eā esse nullā ipso iure, cuius contrariū tenuerāt antiquiores, stilus etiā curiæ uarietatē recipit, ut Lap. allegat lij.
7 Et Papæ exēpla † arctāt nō inferiorū, ex quo legibus est iudicādū l. nemo. C. de sentē. c. in causis de re iudi. fuit etiā ꝑ iudicio utriusq; temporis uariè ubiq; dictum quod de prohemio ubi est forma Martini, forsan in registris antiquis nō fuit datum, ꝙ in dicta causa Colonien. do. Thomas Regis sua diligē-
8 tia curauit produci cum prædictis regulis, † extrauagantes autē & regulas iudices non cōsiderāt, nisi producātur Bart. in l. cū prolatis. ff. de iudi. c. pastoralis, & ibi Car. de fide instru. Fely. post alios in c. j. vij. col. cū se. de re iudi. sed in hoc nō figo pedes, cùm à facto depēdeat. Itē ex eo ꝙ si literæ in earū serie uel processu haberēt iam dictā exceptionem, dūmodo nō in ecclesia cathedrali iudex, absq; prohemio Martini, uidebat exclusionem in ecclesia ipsa, quā tenetur animaduertere etiā parte non opponente, ex quo apparet ex facie gratiæ l. lecta uer. dicebā & ibi Bar. v. col. si cer. peta. in l. naturaliter. §. nihil cōmune in ij. q. principa. iiij. col. in l. eum qui. §. qui ita de uer. obli.

oblig.& in l.si ita scriptū.ff.de lega.j.& quod Phil. Frāch. *in c.non solùm.j.col.de apella.in vj.facit c.examinata de iudi. c.pia,in fi.de excep.in vj.& bonum decet iudicem cūcta rimari c.cū* Ioannes *de fide instru.neq; enim est uerisimile eiusmodi formam fuisse ignoratam ex eo,q; secundum eius tenorem,& non aliter,omnes literæ pro pauperibus abinde citrà fuerunt expeditæ,& hactenus expediuntur, super quo facta fuit inquisitio,& uisæ plures gratiæ.* Igitur *in curia nota est forma non indigens productione,uel de extrauaganti nota.ad hoc plura cumulat.Fely.in d c.j.vij.col.facit etiam pro* Martini *prohibitione,& ad decisionē,quòd in impetratione beneficiorū uacaturorū*
9 † *nō ueniunt beneficia ecclesiæ cathedralis,nisi expimantur ob ipsius excellentiā d.c.quāuis &* Felyn. *plura adducens in c.in nostra xxxix.corre.de rescrip.& est gloss.in d.c.quāuis in uerbo extēdi,& ibi* Arch.Ioā.And.& Domi.*dicūt ita fuisse pronuntiatū in forma pauperum,idem ait* Phil.Frāch.*dicens quod nedum in gratiosis,uerùm etiam in literis pauperum nō uenit ecclesia cathedralis,nec potestas prouidēdi de beneficio in ipsa ecclesia,etiam si sit māsionaria uel capel.quæ pro decisione conferunt pro qua etiā* Rota.j. *de offi.archipre.in antiq.dicens q; in gratia cōmuni realiter solū excipitur cathedralis ecclesia,& disponit,q; archipresbyteratus nō cadit in gratia pauperū: & notandū quod duplex*
10 † *est forma pauperū,cōis,de qua dictæ regulæ,& specialis de qua alia regula incipiēs,itē quod ijdē pauperes clerici, si graduati sint,poßint habere duas gratias in forma gratiæ specialis ualere,& alijs beneficiorū qualitatibus non mutatis, & de utraq; & quod aliàs sint pares,dicunt decisiones xlj.de conceß.præbē.in antiq.& xiii.de rescrip.in no.ac* Mil.*in repertorio in uerbo gratia in communi forma pauperum &c.*

IX.

electionē de cōcess.præbē.iunc.c.ut quis duas de elect.in vj.cū materia q̧ titulus potest multiplicari.& per Fely.c.in nostra uer.titulus multiplicatur de rescrip.& ad notata per doct. in c.cum in multis de rescrip.in vj.& Ro.in no.de concess.præben.xiij.q̧ per acceptationē & prouisionē sit gratia cōsumpta,respondebāt intelligi,& procedere quo ad alia beneficia, ne acceptari possint,sed sup eodē nō reperiri prohibitū multiplicari,etiā ab eodē prouisore pro cōseruādo iure ut supra, & Cal.cōsi.vij.de elec.ubi id dicit permissum etiā in actore, qñ agit ad præseruandū ius quæsitū Lap.allegat.ulti.Fely.in d.c.in nostra,& facit.l.fi.cū ibi no.C.de eden.q̧ habetur quis loco rei,qñ agit ad conseruandā,uel adiuuandā intentionē:ita in curia in dies acceptationes fiūt cū prouisionibus, etiam in genere & satis est quod infra mensem fiāt,& uidemus quod acceptans eligit primam,secundam,uel tertiā in tempore factam.nemini ergo ista facultas uenit auferenda regula indultum de reg.iur.in vj.facit etiā q̧ Ludo.Ro.scribit consi.cccc xxxiij.sed maior pars cōtra & quod nō erat satisfactū regulæ,neq; secunda acceptatio poterat publicari ualidè, & hoc mihi placuit data prima acceptatione cū prouisione bona.nā executores & subexecutores.q prouidēt,dicūtur delegati & subdelegati,qui cōferēdo saltim ualidè,sunt functi officio suo l.si ut proponis.C.quo.& qñ iud.l.iudex posteaquam.ff.de re iudi.c.in literis de offi.deleg.& in materia quādo ualidè uel inualidè uideātur Moderni c.si cōpromissarius de elec.in vj.& ibi Anch.& Domi.& Abb.in c.cum uos de offi.ordi. Areti. in l.serui electione de lega.j.& Bar.in l.ij.ff.de opti.leg. quæ
2 ratio cessat † in Papa & ordinario,qui suo ꝓprio iure cōferūt in quibus procedit,q̧ possunt multiplicare,& ab eis multiplicari titulus ad effectus,quibus iura & docto.loquūtur ad hoc

hoc Inno.*in d.c.in literis dicens, quòd prouisor qui prouidit per primas literas, ulterius non habet quid faciat, quia plene executus est mandatũ apostolicũ.unde nõ tenet secũda prouisio arg.c.uenerabili eo.tit.quæ ratio militat etiã circa idẽ beneficium respectu eiusdẽ aut diuersorũ. nã in prima acceptatione est cõsumpta gratia, et potestas executoris expirat statim.q̃ bene prouidit, sicut per prouisionem expirat affectio.*

3 Rota *de præben.in antiq.xiiij.cum alijs.& prima † nominatio cum consensu nominati excludit facultatẽ nominãdi secũdum* Rot.xxxij.*de conces.præben.in antiq.Itẽ acceptato uno beneficio aliud acceptare non potest glo.in c.ei quã in uerbo sine causa de conces.præben.in vj.&* Gemi.*cõsil.ciij.extincta autem gratia expirat executoris potestas c.si super gratia de offi.delega.in vj.taliter quod uel ex primo, uel ex secundo fundamento prouisio per executorem non potest multiplicari.* Item *esto sine ueri præiudicio quòd posset omnino, quia nulla esset secunda prouisio, ad eam publicatio nõ applicaretur, & si expreßè eam publicasset, non prodesset publicatio, ex quo non reperiretur post acceptationẽ, quæ publicatur prouisio*

4 *bona & terminus † publicandi currit & incipit à die prouisionis.ut inquit regula, quod intelligitur de ualida & cum effectu* l.penul.§.docere.*ff.ne quis eum qui in ius uocan.est ui exi.& c.relatum de cler.non resid.ideo etiam si uerum esset, quòd à quocunq; posset multiplicari titulus, omnino in casu decisionis non seruiret publicatio supposita secunda prouisione nulla, quia etiam in ordinarijs non datur ualiditas secundæ prouisionis, quando prima est bona, ex quo titulus & dominium non possunt haberi, nisi ex una causa l.iiij.§. ex pluribus.ff.de acqui.pos.&* Abb.*c.ueniens iiij.col.de præscrip.dicens quod pro cautela potest quis uarios titulos cumulare,*

non

non ad effectum consequendi ius ex uarijs causis, sed ut ex illis posset se defendere, cum poßit quis uti pluribus defensionibus & regula nullus pluribus de reg.iur.in vj.& Abb.in d.c.post electionẽ & Gofre.in summa de præscrip.hoc autẽ non sufficeret in casu decisionis, in quo requiritur bona publicatio obligãte regula, & non sumus in terminis merè defensionis quæ sufficiat, quia nõ potest dici, quo ad te liberè poßideo, si poßideret. ut habetur in l.loci corpus.§.fi.ff.si ser.uendi.cũ supponatur bonũ ius alterius, quando deficiat publicatio, in ordinarijs ergo datur potẽtia cumulandi, non in executoribus: licet uterq; inualidè cumulet prouidẽdo, stante prima prouisione ualidè, uel si in executore cadit etiam potentia multiplicandi, nõ proficit in terminis decisionis per prædicta, nec cõtradicitur. si dicetur quòd sit merus executor, qui ꝓuidet uel subexecutor, quia delegatus est executor gratiarũ c.si super gratia, & Car.clem.j.de re iudi.xij.q.Nec obstat quod prima erat resolubilis, si nõ pnblicaretur, quia per eam fuit ius etiã in re plenè quæsitum c.fi.de conces.præben.in vj.& prouisiones alijs factæ medio tempore sunt inualidè, ut in alia decisione ubi allegantur ad propositum c.cõmissa.de elec.in vj.ergo non ualet secunda, si fieret eidẽ ab eodem, decisio incipit, Dubium fuit in una Pallentiñ. sub tit.de Ad illud quod

5 in curia quotidie fiũt acceptationes, dic quòd in una † ad speciem redacta acceptatione, ac prouisione, quæ in genere reperiebatur, seu facta in specie, non licet, aliã facere aut redigere ualidè, quia semel dũtaxat et in prima l.bonæ.§.hoc sermone, de uerb..sig.& l.eum qui calendis.ff.de uerbo.oblig.ad consi. Ludo.ex præmißis est responsum, & quomodo loquatur, ac debeat intelligi, dico in decisionibus incipiente, quidam habẽs inferius decretum, & pluries fuit dubitatum sub tit.de

.X.

X. Decis. SVMMARIVM.

An gratia mandati de prouidendo de certo corpore beneficij, quam primum vacauerit, expiret, si obtinens illud cedat in manibus Papæ, & ex cessione prouideatur tertio cum suspensione gratiarum.

EPITOME.

1 Prouisio beneficij facta vni ex resignatione obtinentis cum suspēsione gratiarum, non facit expirare gratiam mandati de prouidendo alteri, prius de eodem cum primùm vacauerit concessam.
2 Suspensio gratiæ non extinguit gratiam, sed magis illam cum suis qualitatibus præseruare videtur.
3 Collator primus impeditus in suo turno, non perdit illum, sed habet sequentem.
4 Gratia per acceptationem nō expirat, si ius in beneficio acceptato sibi non competit.
5 Acceptanti non creditur, ꝙ beneficium sub sua gratia non cadat.
6 Gratia contra concedentem latissimam capit interpretationem.
7 Suspēsio gratiarū in prouisionibus iuxta mentē Papæ, quid operetur?
8 Prouisio de beneficio mentaliter reseruato facta, quando valeat?
9 Gratia ad primum vacaturum, non capit beneficium in manibus Papæ in fauorem certæ personæ resignatum, nec propterea consumitur.
10 Resignatio in manibus Papæ quomodocunq; facta de stilo, in fauorē certæ personæ factam esse intelligitur.

DECISIO X.

Dubium fuit in una Marsilien. præpositura in secunda instan. coram dño Nicolao de Aretio *inter episcopum Venußinū actorem & Robertum de Milis reum & possesso-*
1 *rē pēdente, an mandatū † de prouidēdo, quod habebat Episcopus ad præpositurā, quā primū per cessum uel decessum, aut quāuis aliam dimißionē uacaret, expirauerit, si* Ioãnes de *Correis, qui præposituram obtinebat, cesserit in manibus Papæ, & sit prouisum, prout fuit* Alfonso de Albis, *qui succeßiuè obijt in poßeßione, per cuius obitū* Robertus *impetrauit taliter, quòd gratia dicti mandati nequeat capere ex persona Alfonsi,*

Alfonsi, et una pars dominorũ tenebat quod esset euacuata ex prima uacatione per cessionẽ, & non posset effectuari ex secunda uacatione per obitũ, tanquã semel extincta ad regulã l. qui res. §. arcam. ff. de solu. Aperta enim erãt uerba de prima uacatione in ipso mãdato, seu quãdo non essent de prima intelligitur l. eum qui kalẽdis de uerb. obli. l. bonæ. §. hoc sermone. ff. de uerb. sign. Neq; obst. clausula suspẽsionis gratiarũ qui si suspendit nõ suscitat gratiã extinctã alia pars maior superans in uno uoto cõtrariũ sensit ea cõsideratione, quod Papa
2 *† non extinxerit, sed magis suspendẽdo præseruauerit, ut si nõ posit ratione suspẽsionis habere locũ in ipsa prima uacatione, cùm habeat in alia, quasi præseruatio fiat salua remanente gratia cum suis qualitatibus, & ut accipiatur de prima uacatione, quin in ea posit esse locus gratiæ nõ aliâs, ut intelligãtur uerba cum effectu l. pe. §. docere. ff. ne quis eum qui in ius uoca. est ui exi. & c. relatũ de cle. non reside. & ad illud de extinctione, dicebat q,* Papa *suspendendo gratiã ad præposituram in indiuiduo factã, uidetur sustinere unũ mãdatũ de prouidendo, & surrogare futurã uacationẽ, & secundã ex persona* Alfonsi *in locũ uacationis ex persona* Ioannis, *ut habeatur pro prima effectuali, & hoc cum eadẽ potestate mãdati l. eum qui. §. qui iniuriarũ. ff. si quis cau. & c. ecclesia sanctæ* Mariæ *ut lite pendente, pro hac parte occurrit in simili* Rot. *xxj. de*
3 *præbẽ. in antiquis q, primus collator in suo † turno impeditus nõ perdit illũ, sed habet sequentẽ. item etiam q, in simili de expectatiua dicitur per domi. post alios in c. cũ in multis col.*
4 *v. de rescrip. in vj. quod per acceptationẽ † non expirat, si alij quã acceptãti ius in beneficio acceptato cõpetebat stãte protestatione, quinimo absq; ea secundũ eundẽ domi. & sine sententia secundum* Io. An. *ibi circa fi. cuius opinionem approbat*

Rota in gratia in forma pauperum decis. iiij. in no. eo.tit.& hoc dummodo cōstet ius alteri cōpetere,cùm aliàs non treda-
5 tur acceptanti † q̃ beneficiū acceptatum non cadat sub gratia sua dicit Rota decis.viij.de cau.pos. & propri. in anti. facit etiā æquitas in iudicijs necessaria l.quod si ephesi. ff. de eo quod cer.lo.Nam q̃ effectuetur in secūda uacatione per obitum nemini præiudicatur,nisi Papæ.cui erat reseruata per regulam præpositura, quia prima dignitas post pontificalē in cathedrali,& quia idē Papa pro seruitijs ab episcopo factis sibi & expeñ.& quia erat sibi benemeritus,ut in gratia dicebatur,mandatū concesserat ad præpositurā,unde contra con-
6 cedentē † latissimā admittebat interpretationē dicta clausula suspensionis l.fi.ff.de consti.principū c. cum dilectus de consue.& glo.in cle. si de beneficio de præbē. & ex prædictis si Papa interrogaretur ita uerisimiliter declararet & sic facit l. tale pactū.§.fi.ff.de pac.cū no.ibi quæ p̄cedit in cōtractibus, rescriptis,& alijs dispositionibus secundū Bal.& Pau.de Ca.
7 ibidē,pro prima tamen opinione potest considerari, † quòd mens Papæ in suspendendo non est,nisi ad præseruandū uacationē ab omni gratia ad finē,ut ualeat prouisio Alfonsi,quare non debet ultra operari l.non omnis.ff.si cer. peta. neq; ex eo intendit aliā gratiā ab ea,quā facit Alfonso conseruare,aut si esset mortua,uel tūc expiraret uiuificare,seu suscitare ut in d. §.Et quia hoc nō expreßit l.si seruū.§.non dixit prætor. ff.de acqui.hære.patet quia quādo postulatur suspensio ad mētales reseruationes,solet signatura restringere clausulā suspensionis ad effectū resignationis dūtaxat.agit ergo Papa præseruare reseruationē,& excludere à tali uacatione omnē gratiam, quæ posset capere & subintrare,non autē alias gratias aliter in suo cursu,& iuxta earū tenorē impedire,nec uidetur probari

bari ex uerbis, aut constare ex mente, quòd Papa surroget aut præseruet præterquam in expreßis, & ad effectũ prædictum dum suspendit nec etiã uidetur cadere motiuũ latißimæ interpretationis aut mentis præsumptæ in ipsa suspẽsione clara & aperta, etiã si ob merita gratia facta dicatur, ex quo hic urgeret in præiudiciũ Roberti. Verum pro secũda opinione facit illa decisio incipiens, supposito, ut in prima decisione sub
8 ti. de reseruat. ꝙ ualet prouisio † ex causa ceßionis in manibus Papæ per Papã facta de beneficio, quod erat mentaliter reseruatũ, si in clausula suspensiua gratiarum dicatur etiã mentalium, & non restringatur ad effectum resignationis tantùm, quamuis in alia parte supplicationis de mentalitate Papa non intellexit, & hoc secundũ unũ modum intelligẽdi, ꝙ Papa nõ extinguat, sed suspendat præseruãdo quẽ cum motiuis, ibi uide pro ista parte accedit, & alia decisio incipiens, confirma-
9 uerat Papa sub ti. de renunc. in qua habetur quòd gratia † ad primum uacaturum non capit beneficiũ in manibus Papæ in fauorẽ certæ personæ resignatũ, nec de tali intelligitur. igitur in eo seu eiusmodi uacatione non cõsumitur, & ibi patet,
10 quòd quando fit in manibus Papæ † quomodocunq; sit concepta supplicatio, uidetur ex stilo facta in fauorẽ prout uideas in d. decis. Et ex hac cõsideratione & proxima data ueritate earum quando alia fundamenta non subsisterent, posset stare secunda opinio pro qua d. Nicolaus iudicauit. Ego uerò in tertia & secunda instantia respectiuè causam concordaui ob uarietatem opinionũ, ex eo quòd quatuor domini tenuerant primã partem, & quinq; secundam, & studui defendere iudicium maioris partis, postquam secundum ipsam fuerat pronunciatum ex aliquibus similibus, & ex determinatione dictarũ decisionum, quæ occurrerunt post istam.

De Emptione & venditione.

Vnicæ Decis. SVMMARIVM.

Si res valoris duorum millium & tricentorũ sit vendita pro mille cum iuramento de non cõtraueniendo, & cũ clausula ex certa scientia &c. potest agi remedio l.ij. de rescindenda vend. tãquam sit magna & enormis læsio.

EPITOME.

1 Venditio etiam iurata, & cum clausula sciens &c. si vendens est læsus vltra dimidiam iusti precij rescindi potest.

2 Absolutio in casu enormi & enormissimę læsionis à iuramento peti potest. & nu. 4.

3 Reductio ad arbitrium boni viri stante enormi læsione, non obstante quacunq; verborum cautela, peti potest. & nu. 6.

5 Restitutio propter enormissimam læsionem competit ecclesiæ etiam post quadriennium.

7 Iurans non contrauenire, an sit ita periurus agens ad suppletionem precij, ac si ageret ad restitutionem rei?

DECISIO VNICA.

1 CONTRA *uenditionẽ † iuratam cum clausula ex certa scientia, & alijs apponi solitis cõpeteret remediũ l.ij. C. de rescin. uendi. & c. pe. de emptio. & uend. ex quo domus fuerat uendita pro mille ducatis, quæ erat ualoris duorũ millium & tricentorum, dubitatum fuit in una* Ro*mana domus de Columna* 1513. *quidã uolebantq; non, adducẽtes glo.* Bar. *& alios in d. l. ij. glo. etiã in d. c. pe. & quod hæc est opinio cõmunis legistarũ & canonistarũ in dictis, pro qua* Anch. *cõsi.* cccc*xxxiij. orta lite &* Alex. *consi. xlij. j. uol. super præmisso pro ea parte ut communi plura allegat, & quod sit communis inquit* Imo. *in d. c. pe. & alij in c. cum contingat de iureiur. facit quod* Bar. *tenet in l. si quis cum aliter. ff. de uer. oblig. & hoc quia usq; ad dimidium est permissa deceptio. d.*

l. ij. &

l.ij.& d.c.pe.& l.in causæ la.ij.§.j.ff.de mino.& supra dimidiã debebat operari iuramentũ, etiã in maiori summa tricenatorũ,nihilominus maior pars uoluit cõpetere, existimãs magnam esse læsionẽ & enormen, qua stante iuramentũ non debet esse uinculũ tantæ læsionis,sicut enim quãdo ex dolo iuratur præstatũ remedium non excluditur, ita debet esse quãdo re ipsa d.l.si quis cum aliter & si cõtrariũ diceremus,locupletaretur actor cum graui iactura uenditionis contra æquitatem l.nam hoc natura.ff.de condi.inde. Nam dimidia cum excessu multum depauperat,pro ista æquitate facit quod uoluit But. in d.c.cum cõtingat quẽ ibi refert Abb.xix.col.cum seq.in ix. casu ut non ualeãt contractus & iuramentũ data enormi læ-
2 *sione,quin potius potest peti absolutio † in casu enormis,aut enormißimæ læsionis, etiã si fuerit iuratũ q̃ non ueniret quis contrà etiam ratione enormißimæ læsionis,quod inquit etiam procedere,si minor dixisset,quod totũ illud quod pluries est, dat,& donare intendit,cùm non sit absq; dolo & fraude cõtrahens cũ consumpturo,& cum actu ipso male cõsumente l.si quis cum sciret.ff.pro empto.cum alijs quæ allegat,etiam si fuißet iuratũ omnia & singula uera esse,& hæc dicit Abb. esse omni æquitati consona, putãs quod maior poterit cõtrauenire data enormißima læsione, considerans ad hoc consuetudinẽ notariorum,& multa alia de quibus ibi,& idem Barb. in c.quintaualis de iure iur. quã etiam ibi refert Abb.colũ.xv. cum seq.& in d.c.cum contingat,q̃ enormiter deceptus non obstañ.potestate arbitris data,quod poßint esse in totũ de iure unius dare alteri,poterit contrauenire,quamuis non appareat de dolo ex proposito,sed re ipsa idem Anch.in repetitione c.canonũ statuta de consti.& aliquatenus sentit Ho.in d.c. cõtingat,licet multi cõtra inquit ibi Abb.quorũ motiua hinc*

inde prosequitur latius in d.c.quintauallis, ubi etiã refert Bal.
3 *dicere cõmuniter obseruari, q̃ non obstãte † quacunq; uerborum cautela ob enormẽ læsionẽ potest peti reductio ad arbitriũ boni uiri quia non est uerisimile partes sensisse, q̃ arbitrator posset eos enormiter lædere arg.l.cum aquiliana.ff.de trãsacti.dicit etiã* Abb.*in d.c.pe.ult.colũ.quod minor enormiter læsus potest petere absolutionem à iuramento ar.op.d.c.cum cõtingat & c.ij.de pact.in vj.& q̃ ita* Bar.*in d.c. contingat, consuluit etiã si dixisset se uelle donare, q̃ in maiori, sequitur* Abb.*data enormißima læsione, & q̃ iuramẽtũ uidetur illicitũ ex parte recipientis, cùm interuenerit dolus ex proposito uel*
4 *re ipsa, quo casu cõpetit absolutio † ad no.in c.pe. & c. debitores de iureiu. quæ dixit notanda tanquã quotidiana* Imo.*etiã qui dixit in d.c.pe.viij.ix.x.col.glo.& doct.cõmuniter sentire pro negatiua, ex pluribus fundamentis firmat articulũ esse dubium, & tandẽ ait per ea, quæ deduxit, dicendum uideri, quod de iure non habeat obstare iuramentũ circa remediũ d. l.ij. & quod hæc pars uidetur satis probabiliter de iure sustineri, & quod à tali iuramẽto potest peti absolutio, prout potest quãdo per dolũ & metũ fuißet iuratũ, & istud uidetur æquũ & de iure probabile & ad glo.& doc.q̃ iuramentum præiudicet maiori, respondet posse dici quod glo. & doc.nil dicũt de absolutione à iuramento, etiã si re uera uideantur uelle simpliciter q̃ præiudicet* Alex.*etiã in d.l.stipulatio hoc modo concepta iiij.col.putat cõtra cõmunẽ posse sustineri, ut concedatur absolutio à iuramento, quia auc.sacramenta puberũ.* C.*si aduer.uend.d.c.cum contingat & d.c.ij.non loquuntur quando deceptio est ultra dimidiam cum lucro alterius, licet subiungat difficile esse id obtinere in practica contra auctoritatem dictarum glosarũ.in casu autẽ proposito fuerat obtẽta commißio*

mißio, quæ absolutionem à iuramento ad effectũ præstabat, sine qua maior pars tenuit ut supra. in magna tamen uarietate opinionũ propter cõmunẽ sententiã contrariã quantuncunq; rigorosam, ideo Rota ꝑ maiori parte tenuit quæ multũ æquitati innititur l. quod si ephesi. ff. de eo quod cer. loc. nedũ in ista uerùm etiã in alijs in casu enormis læsionis q̃ nõ obstet iuramentũ, neq; aliæ clausulæ quæ poni solent, putãs damnum esse graue & enorme, facit etiã ꝑ decis. gl. in c. j. de in integ. resti.
5 *in vj. ubi propter † enormißimã læsionẽ, aut eminentißimum damnũ restituitur ecclesia post quadrienniũ & ultra. In casu autẽ quo agitur damnũ satis eminet, quod esset discutiendum, quãdo magna, maxima enormis, uel enormißima sit læsio, & in qua summa uel parte, an in sexta, uel tertia & Bart. in l. si societatẽ. § arbitrorũ. v. col. cum se. ff. pro soc. tradit & Abb. in d. c. quintauallis xvij. refert quatuor opiniones pro quanta*
6 *læsione † cõpetat reductio ad arbitrium boni uiri, & col. seq. subijcit quod quando dicatur euidẽs iniquitas, non credit posse dari certã doctrinã, sed ex uarijs circunstantijs iudex arbitrabitur, & desuper, dat regulas, & quando dicatur magna uel parua quantitas, cõsideratur respectu personarũ & causæ secundum Bal. quem idem Abb. col. xvj. adducit allegando l. cum filius. § hæres meus. ff. de lega. ij. & glo. in c. fi. de re iudi. in vj. nec est nouum quod palatiũ in Rota & signatura quãdoq; teneat contra cõmunẽ quando contraria opinio cõmuni est æquior, prout in casu decisionis primæ de procur. in antiq. contra quem est communior opinio, ut dico in alia decisione incipiente, introducta erat lis, & abunde Fely. in c. causam quæ de iud. pe. & ult. col. & in pluribus alijs casibus super quibus plures reperiuntur decisiones. aduertendũ tamen quod*
7 *in d. c. pe. dicitur posse agi † ad restitutionem rei aut supple-*

 tionem

tionem præcij, quod si est iuratum de non contraueniẽdo, fieri nequit ex quo ita faciens esset periurus, cũ prohibitũ simpliciter sit alternatiuè prohibitum l. quod sub conditione. §. j. & ibi Bal. *ff. de condi. insti. dicens bene posse agi ad supplementũ præcij, & hoc ut notandum inæternum sequitur* Fely. *in c. inter cæteros ulti. col. de rescrip. & declarat,* Ant. *de* Burgos *in isto tract. super d. c. pen. char. pe. viij. limitatione quod si agat solum ad supplementum, non potest excludi ratione iuramenti, ex eo quod non cogitauit tantum damnum, nec efficitur periurus postquam uult seruare contractum eo modo, quo potest & intelligebat, scilicet pro iusto precio sed tenendo non obstare iuramentum, non habet locum huiusmodi dictum, quinimo poterit agi alternatiuè sine pœna periurij, ex quo eodem errore aut deceptione ex animo, seu re ipsa fuit iuratum sicut cõtractũ, ut per* Imo. *& alios in d. c. pe. dum arguũt pro affirmatiua. unde regulatur iuramentum à natura contractus pro quo l. fi.* C. *de non nume. pecu. Item cum optio sit emptoris ut d. c. pe. ubi etiam* Abb. *post alios uideretur ei agendo præcisè tolli facultas à lege concessa, quoniam sententia deberet esse conformis tali petitioni l. ut fundus.* C. *eod. tit. c. licet* Hely. *de* Simo. *aliter teneat & quia est in solutione debet posse peti alternatiuè, quemadmodũ quando utrunq; est in obligatione l. miles. §. decem. ff. de re iudi. quamuis in terminis conclusionis hoc non cadat, quãdoquidẽ erat habita absolutio à iuramẽto.*

De Locato & conducto.

Primæ Decis. SVMMARIVM.

Locans operas vel rem, & operas per quem nõ stat quo minus fiat, consequitur conuentam

mer

mercedem absq; deductione expensarum, quas fuisset facturus in præstatione operarum.

EPITOME.

1 Expensæ quas locator operarum in præstatione fecisset, non deducũtur in conuenta mercede, si per eum non stetit, quominus præstarentur.

DECISIO PRIMA.

LOCAVERAT Raphaël de Casalibus ciuis Romanus quibusdam de Saulis operam suã & rem hoc est Burchia seu Nauigia ad conducendũ sal ad capitoliũ in ripa, seu marmorata, præparauerat Burchia & alia necessaria, & fecerat portari partẽ non totũ, quia illi de Saulis noluerũt, petebat integrã mercedem absq; eo, quod deducerẽtur expensæ, quas necessariò in portando residuo fecisset. ex quo p eũ non steterat. fuit dubitatũ corã do. Martino de Spinosa 1514. an expensæ, † quas fuisset omnino passurus in
1 conducendo residuũ, essent deducendæ, & quatuor dñi sæpius posita causa tenebãt, q sic, tum quia nullus casus est, qui hoc genus expensarũ deducẽdarũ excuset l. fi. de ope. seruo. l. fundus in prin. fa. ercis. l. fructus. ff. sol. mat. cũ ibi not. nisi in decimis c. cum homines c. tua nobis de decis. not. glo. utrũq; in ca. grauis de resti. spolia. c. ad nostrã primo de iureiur. tum quia nõ debet plus operari fictio, quã ueritas, licet tãtidẽ sit in suo casu l. filio quem pater de lib. & posth. l. fi. de his qui ue. æta. impe. l. unica. §. accedit iun. glo. C. de rei uxo. acti. Bar. in l. j. §. hoc autẽ senatus ad sille. & in repetitione l. si is qui pro emptore x. col. uer. v. ff. de usucapi. & si totum portasset pro toto expendisset, & quia lex sine æquitate non fingit l. postliminium in prin. de capti. & postli. re. l. deniq; cum l. se. ff. ex qui. cau. ma. Bar. in dicta repetitione. iij. col. quæ nõ suadebat,

nec patiebatur ut plus lucri faceret,non cõducẽdo quã si cõduci fecisset,itẽ quia in his cõpetit actio ad interesse & quãtũ intersit nõ ultra l.ex cõducto l.dominus horreorũ in fi.ff. loca.ubi sufficit locatori q̃ remaneat sine dãno,maior pars tenuit cõtra,& sic fuit iudicatũ ea ratione,qua p̃ locatorẽ non stetit,qui fecerat omnia præparari ad cõducendũ,& p̃ parte cõduxerat pro qua l.si addes.§.fi.l.q operas & Bart.in l.si uno.§.itẽ cũ quidã ij.col.circa fi.eo.ti.neq; ob.q̃ in dictis iuribus nõ dicitur de expẽsis,sed de mercede conuenta,quoniam satis est quòd nõ iubẽt expẽsas tales deduci,& solũ cõsiderabant quòd alij interim nõ locasset operas prout etiã in l.diem functo.ff.de offi.assesso.unde aliàs simpliciter intelligãtur.nã si locator perdidisset nauigia pro tẽpore,quo partẽ fecit cõduci,aut aliud damnũ passus fuisset,cessisset totũ in eius detrimento,& in eo etiã periculo erat p̃ residuo si portasset.ergo sicut poterat esse in dãno,æquũ est ut lucrũ,si casus cõtingit, sentiat.ubi enim periculũ ibi lucrũ l.fi.§.sed cũ in secundo.C. de fruct.§.cũ autẽ insti.de emptio.& uend.regula secũdũ naturã.ff.de reg.iur.& regula qui sentit onus eod.tit.in vj.c.cũ secũdũ de præben.c.j.de sepult.cle.j.in prim.de cẽsi.sicut ecõtra:qui lucrũ amplectitur onus non recusat l.unica.§.pro secundo.C.de cadu.tol.& per hæc tollũtur prima fundamenta, & etiã potest dici quod d.l.fundus loquitur in alio casu,& in expensis factis deducẽdis ab eo qui fecit,non in his,quæ factæ fuissent,ut deducãtur ab alio,qui eas nõ fecit in solutione mercedis eius,qui facturus fuisset in d.l.fi.de ope.seruo.etiã continet casum diuersum & respectu factarum expensarum, ita q̃ non est bona illatio,nec circa diuersa contrarietas,nec applicabilis periculi & dãni consideratio l.fi.de calum.l.naturaliter.§.nihil cõmune.ff.de acqui.pos.c.post translationem de

renunci.

*renunci.c.inter corporalia de transla.episcopi.ca.dilectus de offic.ordi.c.cũ causa in fi.de testi.*Nec in ꝑposito cadit *fictio aliqua,quæ est pro ueritate cõtra ueritatẽ assumptio, scilicet qñ ius certũ de aliquo facto fingit statuendo oppositũ,ut dicit glo.in d.§.accedit Bart.in d.repetitione in diffinitione fictionis & Abb.in c.is qui de spon. & mat.& quando in ea essemus,æquitas suggeret pro decisione ex adductis, ex quibus patet.etiã nõ ob.l.dominus* Horreorũ *quæ loquitur de cõductore deserente res cõductas ante tempus,ut domino ad interesse teneatur cui lex satis prouidit cũ eo quod interest. ubi nõ erat ratio periculi,quæ in casu decisionis,ut est dictũ non ob.etiã q, ex æquitate canonica usq; ad interesse,& non supra agi debeat c.suam cũ materia de pœ.quia ostensum est id esse æquum utroq; iure,& dicit* Abb.*in ca.dilectus de arbi. quod etiam si essemus in pœna à lege ciuili aut canonica imposita, posset exigi à clericis & laycis cum non peccet,qui facit ex permißione legis l.grauis.C.de adult.xxiij.q.iiij.qui peccat.*

II. Decis. SVMMARIVM.

Caducitas rei emphiteuticæ ob non solutionẽ canonis procedit,si dominus voluerit & declarauerit,& si non est declarata cõtra non soluentem,non poterit declarari cõtra eius successorẽ,idẽ de pœna excommunicationis & priuationis beneficij ob non solutam pensionem,vel ob aliam causam similem,vt locum non habeãt tacente creditore.

EPITOME.

1 Emphiteuta cessans à solutione canonis,an possit ꝑpria domini auct. expelli vel sit necessaria sententia declaratoria?

2 Emphiteuta si cessauerit à solutione & dominus nõ declarauerit velle esse deuolutum eo viuente contra eius hæredem, huiusmodi declaratio

ratio fieri non poterit.

3 Pensionem non solués in tempore, an & quando sit excommunicatus, & priuationem incurrat?

4 Collatio facta de beneficio patronato sine præsentatione patronorū ipsis non contradicentibus valet.

5 Pœnæ regulariter ad hæredes non transeunt.

6 Hæredi quæstio de felonia commissa per defunctum moueri non pōt, si eo viuente dominus non est conquestus,

7 Dominus non reuocans feudum propter feloniam commissam per vasallum, an & quando eius hæredes reuocare possint?

8 Filius an amittat feudum ob delictū patris, & vtrum sit differentia inter delictum commissum in personam domini, vel extra & de alijs? vide remissiuè.

9 Reuocatio fit ob demerita & ingratitudinē, quæ ad hæredem transire non debet.

DECISIO II.

1 *APertißimi iuris est quod si emphyteuta † priuatus cesset à solutione canonis p trienniū & ecclesiæ per bienniū, cadit à iure emphyteutico l.ij.C.de iur.emphi.c.potuit loca.in quo an requiratur sententia priuata.sunt opiniones de quibus per gl.& doct.ibi sed cōmuniter uidetur, quod nō sit necessaria secūdū Ias.abūdè referentē uarias sentētias in d.l.ij.col.iij. cum seq.ac.iij.uer. p clara ubi firmat post longū processum posse dominū emphyteutā propria auct.expellere & Alexā. cōsi.vj.uol.iij.col.v.& vj.Requiritur tamē directi domini declaratio ut in d.l.ij.ibi uolenti & ubi etiā glo.& Bar.& Saly. in l.fi.in fi.eo.tit.Ang.in auct.de nō alie.§.scire autē col.ij.& in emphyteuta etiā irrequisito domino alienante, ut nō cadat, nisi dominus uoluerit, & declarauerit se uelle, tenet Alex.cōs. xxij.uol.ij.& cvj.uiso themate uol.iiij.col.ij.considerās quod secundum Imo.in repetitione c.fi.de rescrip.col.xxiiij.ac Saly. in d.l.fi.d.c.potuit, æquiparat emphyteutam non soluētem infra biennium, & alienantem non requisita ecclesia, & cùm in primo casu non priuetur, nisi uolente & declarante domino, nec in secūdo & sic ad casum & adeo requiritur declaratio,*

quòd

quòd intendit non soluentem priuatum esse,ut explicite de ea cõstare debeat ita Deci.cõsi.cxlvj.col iij.uer.capio secũdũ ubi allegat Bar.& alios plures in hũc sensum,nec immerito, cũ uolũtas in mẽte retenta nihil operatur l.si repetẽdi.C.de cõd. ob cau.dato facit l.in ambiguo in fi.ff.de re.dub.& c.quẽadmodũ iuncta glo.ij.de iureiur.& propterea si dominus uiuẽ-
2 te emphyteuta † qui cessauerat in tẽpore satisfacere,hoc non declarauerit,uidetur noluisse,& nõ poterit cõtra eius hæredẽ declarare,prout in una Bononiẽ.bonorũ corã dño Triuultio 1521.fuit à maiori parte cõclusum & ponderatum cõsi.cu. clxiiij.prælatus col.pe.ubi cõsiderat quod ita demũ cadit ipso
3 iure,si dominus uoluerit ut in d.l.ij.idẽ in non solutione † pensionis infra mẽsem & sex menses,qui ut plurimũ apponũtur sub pœna excõmunicationis & successiuè priuationis beneficij ecclesiastici eo ipso obseruat Rota,prout in una Gebennẽ. monasterij 1516.coram domino Bartholomæo de Petrasancta fuit tentũ & successiuè in alijs firmatum, quòd procedit etiam in simili pœna apposita ob inualiditatẽ aut reductionẽ pẽsionis, seu ob aliam similem causam eadẽ ratione,ut est dictum,& patet infra,attento quod gratia,cui debet fieri solutio,pœna censetur apposita,ut ipso tacente nõ sit cessans excõicatus,nec priuationẽ incurrat,patet,quia si postea simpliciter absq; protestatione creditor pẽsionẽ decursam accipiat, ostendit noluisse pœnam,& debitor non cadit,nisi uolẽte creditore secundũ not.in d.l ij.& ibi.Cyn & in d.c.potuit quicquid super eo in contrarium sentiat Abb.col.iiij.Nam illa est uerior opinio,æquior,& communior ut latè prosequitur Ias. in d.l.ij.char.xj.incipiẽdo ibi in ea glo.& determinando per
4 quorum quæstiones,& ita etiã dicunt doct.in collatione † facta de bñficio patronato sine patroni præsentatione,ut refert Fely.

8 petitiones tacitas † reuocantur iura. glo.est notab.in c.cupientes.§.quod si per uiginti de elect.in vj.neq; etiā per suppletiones inducitur iuriū correctio aut per similitudinē rationis, ut not.Abb.in c.ut debitus col.vj.de appel.facit optimè l.ij.C.de
9 cōdi.inser.,ppterea si daremus cōcursum † præsumptionū ex prædictis uinceret præsumptio tacitæ substitutiōis fundata in potētiori ratione ac uerisimilitudine,super qua lex disposuit, ut traditur in l.diuus cum ibi no.ff.de in inte.rest.in c.cū inter R.seniorē,de elec.& in c.literas iun.gl.de præsum.nō ob.cōst. Bal.lvij.qa cōsulit in diuerso casu ab isto et fundat se in forma cōditionali à qua recedi non potest l.qui hæredi.§.fi.& l. me-

uius.ff.de cōdi.& demō.& quia Antonia cui erat facta substitutio si antequam filij procrearentur ex ea decederet, ut tunc Eleonora succederet decessit superstite filio dicit esse casum in l.ex facto.§.pe.ff.ad trebel.& in l.generaliter,in princi. C.de insti.& substi.sub cōdi.fac.quæ iura non cōtrariantur d.l.iam hoc iure nec cōclusioni & est diuersitas casuū nec cōsideratio quā subijcit de aduerbio tēporis tunc allegādo.d.l. iiij.§. fi.& l.uxori usumfructū uillæ,de usufruc.lega.ac l.in substitutione. ff.de uulg.& pup.refragatur quia dicta iura procedūt in materia satis diuersa & quādo haberet similitudinē uoluntas disponentis est in eis ut expectetur tēpus quod colligitur ex dictione tunc denotante tēporis extremitatē,ut per Bar. qui ita declarat & in singulis aßignat alias rationes & aliud est qđ per dictionē tunc notetur extremitas tēporis non subsistente alia cōiectura nec lege in contrariū aliud quod excludatur tacita substitutio fomentata à lege & quando teneamus sensum Bal.cōmunē in d.l.in substitutione & ibi Ias.ait col. j.aliâs ij. quod quāuis cōditio negatiua si hæres non erit habeat sensum si nunquā hæres erit,& sic uideatur uerificari sub aliquo tempore fuerit hæres, tamen ubi agitur de excludendo substituto pupillari restringitur ad tempus mortis nec sufficeret prius fuisse hæredē ut deciditur ibi,etiā non offenditur cōclusio quæ agit de includendo substituto in casu omisso, imo faceret pro conclusione quæ ad cōclusionē tacitæ substitutionis est adiuuāda & cōferunt etiā pro solutione dictarū legū quæ Ias.ubi su-
10 *pra col.pe.scribit & quod addit Bald. † & eo casu seu in eo casu esse, unius. casus restrictiua nō probat præcipue in terminis cōclusionis & est exaggeratio uerborum non restringens nec excludens iuris dispositionē & contrariū est demonstratū superius per plura fundamēta Anch.in alleg.consi.ccclvj.adducit*

ducit eadē iura & ex alio etiā non cōtradicit, quia quod prædi cta uerba excludāt omnes alios casus dicit esse fauore fratris existentis in medio, nam quemadmodū lex interpretatur uulga
11 *rem † conceptā in unum casum ut non cōprehendat alium si mater sit in medio d.l.fi. secundū intellectū Bar. & Bal. & d. l. precibus, fortius ita debet interpretari in fauorē fratris con tra uxorē testatoris. quando ergo esset uera sentētia Anch. nō operatur hoc dictorū uerborū proprietas secundum eum, sed coniectura & fauor fratris uel non sola natura uerborum, sed iuncta cum dicto fauore, & hoc modo etiā faceret pro cōclu sione ex quibus cōstat non obstare Lud. Ro. & Dec. in alleg. consil. quoniam omnes cōsulunt in longe diuersis terminis & procedunt per eadē motiua quibus alij suprà, & quando sint ueræ earum determinationes non sunt applicabiles ad hunc ca sum, nec cōcludentes quod præfata uerba excludant tacitam.*

II. Decis. SVMMARIVM.

In liberis primi gradus fructus non cōputantur in trebellianicam, licet duas quartas detrahāt prout detrahi possunt.

EPITOME.

1 Fructus hæreditatis in quartam trebellianicam neque legitimam quo ad liberos primi gradus non computantur.
2 Filius grauatus restituere hæreditatem detrahit duas quartas.

DECISIO II.

1 *QVod fructus non computentur † in quartā trebellianicam quo ad liberos primi gradus etiā si duæ quartæ de ducāt cōclusum fuit de mense Nouemb. 1521. In una coram do. Nicolao de Aret. per l. iubemus. C. de trebell. ita Bar. in l. quod de bonis. §. quod auus. ff. ad le. fal. & Ang. cōsi. cxxiiij. Zoylus col. ul. cōcludēs filiū grauatū de restituēda hæ-*

reditate habere duas quartas, de quo pro & cõtra glo. in l. papus. §. meminisse. ff. de inoffi. testa. & in l. quãq;. C. ad le. fal. quod
2 iure canonũ est expeditũ locũ esse duarum † quartarũ detractioni. c. Raynutius, & ibi glo. antepe. c. Raynaldus & ubiq; canonistæ de testa. glo. j. in c. in præsentia, de proba. & Bar. in d. l. meminisse, & in l. cohæredi. §. cum filiæ uer. quod si heredẽ. ff. de uulg. & pup. ut est in obseruãtia iudiciorũ. Subiungit Ang. quod fructus nõ imputantur in legitima, nec in trebellianica d. l. iubemus, & l. scimus. §. repletionem. C. de inoffi. testa. Nec ob. quod d. l. iubemus secundũ Pau. de Cast. in d. l. quod de bonis. §. fructus & in. l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad treb. debeat limitari in detractione unius quartæ tantùm põderãdo ibi dodrãs restituatur iuncto fine legis & in d. §. cum proponeretur dicat Alex. quod est limitatio peregrina, & singulariter notanda mentiq; tenẽda, & ab alio non scripta, quia idẽ Alex. in d. §. quod auus mutauit sententiã sequendo Bart. & Ange. propter quarũ auctoritatẽ dicit durũ esse in practica obtinere contrariũ, subijciens quod si d. l. solùm haberet locũ, quãdo filius detraheret unã quartã seruiret de uento, ex quo nedũ liberi primi gradus, uerùm etiã alij habent legitimã absq; computatione fructuũ, ut in d. §. repletionẽ, per quem satis erat in una quarta prouisum. uerbum autẽ dodrans intelligatur de eo quod superest, deducta tamen prius legitima, sicut intelligit Bal. in l. filium quen habentẽ col. xij. uer. extra oppo. C. fa. erc. & dixi in l. in ratione. §. quòd uulgo. in glo. j. super eo, & ista ait, adde his quæ scripsi in d. §. cum proponeretur, & aduerte quia Pau. de Ca. etiã uidetur sensisse cum Bart. in d. §. quod auus & clarius in d. l. iubemus, cum quo & Philip. Cor. consi. clxxx. col. j. uol. iiij. itẽ quod sit locus detractioni duarũ quartarum uidetur inductum, ut dici solent per d. c. Raynutius &
Ray

Raynaldus, & sic si ita est post d.l.iubemus quæ hoc cōsidera uit, nec cōsequenter quòd fructus diminuerēt trebellianicam, & cum non mutetur expreßè, remanet incorrecta, & absq; restrictione l.sancimus.de testa.l.præcipimus in fi.C.dē appel. not.per glo.& doct.in c.j.de ope.no.nun.l.de precio.ff. de pu bli.nec refragatur, quod ab exordio humanæ naturæ fuerit in mente conditoris legis detractio duplicis quartæ & ratio anterior ipsa l. iubemus, & quod lex antiqua quandoq; habet respectum ad casum iuris, quòd postea editur iuxta nota. per glos.in uerbo effrenatam c.significauerunt, de testi.ibi non iuris nouitatem, sed ratio est antiqua & super rub.de reg.iur.in vj.ante fi.Bar.in l.legitima col.j.uersi.sed oppo.ista exēpla.ff. de pact.& Abb.in c.publicato, col.ij.de elect.quod tu nota ad multa, quoniā si imperator in d.l.id respexisset, & propterea uoluisset non debere computari, quando duplex quarta detraheretur, expreßissent l.unica.§. sinautem ad deficientis. C. de cadu.toll.& c.ad audientiā, de deci.cum sciret in legitima non computari. Item ex hoc non inferretur necessariò correctio aut restrictio, nec eam suadet ratio, quin potius oppositū ex prædictis, nemo enim inquit Bal.in d.l.iubemus colum.ij.dicet principium eiusdem legis, loquens de fauore filiorum, aliquo iure esse correctum, quod iunctum cum fine procedit in liberis primi gradus, ut fructus non computentur in sortem in alijs secundum Bar.ibidem dicentem, tene hoc menti perpetuò, quia faciet tibi magnum honorem.

III. *Decis.* SVMMARIVM.

Omißio inuentarij non priuatur trebellianica. Vel sic, Propter non confectum inuentarium non perditur trebellianica.

Epito

EPITOME.

1 Inuentarium si ab hærede cõfectum non fuerit, an perdat commodum trebellianicæ? & nu.6.
2 Mandatum speciale comprehensum sub generalitate verborũ, an sufficiat in petenda restitutione in integrum?
3 Inuentarium non faciens, debet complere de suo legatarios & fideicommissarios.
4 Hæres fideicommissario vniuersali rationem reddere tenetur.
5 Extensio fit in exorbitantibus data paritate rationis, vbi verba possunt adaptari ex lata significatione.
7 Appellatione falcidiæ, an veniat trebellianica?
8 In correctorijs etiam data rationis identitate non fit extensio.

DECISIO III.

1 IN eadẽ causa quia hæres non cõfecerat inuentarium, † an perdidisset cõmodũ trebellianicæ dubitabatur, & pro affirmatiua allegabantur Ia.de Are.& Cy.Bal.& Saly.in auct.sed cum testator.C.ad leg.falc.quæ opinio uidetur probari ibi & in corpore, unde sumitur de hære.& falc.§.huic nobis usq; ad §.sin uerò expressum.col.j.capiendo trebellianicam non facto inuentario sub generali nomine falcidiæ prohibitã, cum falcidia à falce dicta sit, generale nomen trebellianicã cõprehẽdẽs, ut not.in auct.unde si parens.C.de inoffic.testa.& dicit Bald. consi.xcix.super primo quæsito uol.iiij.ibi etiã affirmat hanc partẽ esse uerã de iure, quãuis ut subijcit, de cõsuetudine inducta per errorẽ opinionũ cõmuniter seruetur contrariũ. idẽ in l.cum tale.§.j.ff.de condi.& demõ.pro quo motiuo uide in simili Abb.in c.coram col ij.de restit.in integ. quòd in petenda
2 restitutione † principaliter requirẽte speciale mandatum, sufficit speciale sub uerborũ generalitate comprehensum, de quo dico in decis.incip.dubitaui in una Caurieñ.Item quia l.Marcellus.§.quod autẽ.ff.ad trebel.parificat, ut cesset trebellianica in casibus, quibus cessat falcidia, & hoc argumẽto utuntur Bart.& alij in d.auct.sed cum testator super illo articulo, an

treb

trebellianica poßit à testatore prohiberi. Itē quia similes sunt §.sed quia insti.de fideicō.hære.& not.glo.in uerbo substitutus in d.§.sin uerò expreßisset,& quia text.d.auctē.uult quod
3 non faciens † inuentariū cōpleat de suo legatarios, & fideicō missarios,nomine autē fideicōmißi,de proprietate sermonis uidetur cōtineri tam particulare quam uniuersale, & sunt æqui parata l.si seruū.§ si institutus.ff.si quis omis.cau.testa.& qa
4 hæres † tenetur uniuersali fideicōmissario rationē reddere.ergo inuentariū cōficere,quod est exordiū rationis l.j.§.officio. ff.de tutel.& rati.distra.& per ista & alia motiua hoc tenēt Old.cōsil.cxxxiiij.satis credo Barto.cōsil.lj.in nomine domini Amē.Bonauctura & ccxxxiiij.Lena Matarelli.Paul.de Cast. in d.l.cum tale ubi etiam Imo.istud not.ad perditionē trebellianicæ Roma.in auct.similiter.C.ad le.falci.Alber.Galeottus in sua margarita in rub.ad trebell.Cuma.in d.§.quod autē.& in d.l.tale & in cōsi.cxij.uiso tenore cōpromißi,& Fulg.consil. xlj.casus talis col.ult.ac lxxxvij.proponitur & xcvj. pro decisione post prin.quos refert & sequitur Corset.in tract.de pote.regia ac materia trebellianicæ.q..lxxiij.fol.xxiij.in fi. asserens hanc opinionem uideri magis cōmunem,ad idem Ange.de Are.in §.pe.insti.de hære.qua.& diffe.col.ul.& in d.§.sed qa p tex.quē post alios pōderat in alleg. auct.in uer.illo adiecto ut citentur legatarij & fideicōmissarij,ne eis nocumentū fiat, qui uidetur magis loqui de uniuersalibus quàm particularibus cū præiudicari posset,si inuētariū nō fieret,pro qua cōsideratione facit ratio in uer.si uerò non fecerit iuxta glo.in uer.creditoribus.Item quia ratio prohibitionis falcidiæ est præsumptio,quòd tantū hæres subtraxerit quantū ualet falcidia, quæ militat etiā in trebellianica,inquit Bal.in d.cōsi.xcix.& secūdum hanc partē attestatur ipse Ang.in d. §. eo patrocinante

Fer

Ferrariæ fuiſſe iudicatū, & quod eam tenent Pet. in auct. ſed cum teſtator Flor. & Imo. in d. l. Marcellus, & Ang. in l. j. §. hæc ſtipulatio. ff. ſi cui pluſquā per le. fal. quam etiā ſequitur Socy. in conſulendo & iudicando in d. §. quod autem, aduerte quia ratio præſumptæ ſubtractionis, malignitatis, ac inobediētiæ legis, de qua in d. uer. ſi uerò, cū ſit ſcripta in lege uel unica, quādo ſcripta non eſſet, fortiter aſtringit pro affirmatiua. data enim rationis identitate & ſimilitudine in trebellianica etiam pœnalis cōſtitutio extenditur, ſiue dicatur interpretatio, ſiue extenſio, uel incluſio ex tacita mente legis prout iura & doct. diuerſimodè loquuntur. nam de ui comprehenſiua eſt ſingularis text. quem nunquā tradas obliuioni in l. libertum. §. ſenatus conſulti. ff. de rit. nup. de qua etiam Iaſ. in auctĕn. quas actiones col. vij. C. de ſacroſ. ecc. & de ea ac alijs modis in cle. j. iuxta glo. in uerbo eligatur, de elec. & gl. pe. c. ſi poſtquā eo. titu. & in c. j. in uerbo Italiæ, de tempo. ordi. in vj. & Abb. in probe. decre. col. iiij. & in repetitione c. extirpādæ. §. qui uerò uer. quæro certum eſt xxiij. de præbē. facit glo. in l. ij. in uerbo, ſed hoc de his qui not. inſa. & in l. ſi conſtante, in prin. ff. ſol. ma. de unica ratione eſt gloſ. in l. quāuis. C. de fideicō. Item
5 *in exorbitantibus etiā fit extenſio † data idētitate ad caſus qui inſpecta lata ſignificatione uocabuli, comprehēdi poſſunt, ſecundum Alex. qui plura cumulat in l. filiusfamilias. §. diui. col. vij. ff. de leg. j. & per hoc ſilerent fundamenta negatiuæ. item ex eo, quoniam ſuppoſita æquiparatione falcidiæ & trebellianicæ per d. §. quod autem allegatus. §. ſinautem extēditur per ipſum. §. quòd autem ſicut per l. ut tantum. ff. de ſer. cor. quæ eſt antiqua extēditur l. ſi quis ſeruo poſterior. C. de fur. ut no. ibi. & in l. quod uerò. ff. de legi. & per Bar. in d. l. ſi conſtante col. v. in vij. q. j. partis, noua nanq; diſpoſitio ſuperueniens in*

uno ex æquiparatis, etiā limitatoria aut pœnalis locum habet in alio propter æquiparationē, ut in dictis locis & per legistas in l.ij.ff.de lega.j.ac per Abb in c.ij.col.pen.de mut.peti. & in c.de multa.col.v.de præben.sed pro negatiua fuit conclu
6 *sum quam † Rofr.in tit.de trebellianica, & Iac.de Belui. in d. §.hinc nobis tenuerūt, quos refert & sequitur Io.And. in addi.Spec.de instru.edi.super uerbo fecerit.Ang.in d. §.sin uerò expressum & in d.auct.sed cum testator ubi etiam Bar.in lec. & in consi.ij.domino Ioanni quicquid uariando dixerit in alijs consilijs supra adductis, pro affirmatiua affirmat ita seruari cōmuniter & in d.l.Marcellus in prin.q.ult. & Imo.qui uidetur cespitare in d.l.§.j. & se remittit nihil firmando in d.l.cum tale.§.j.tenet hanc partem tanquā cōmunem in d.§.hæc stipulatio col.pe.referens quod eam tenebat Franc.de Campo.eius præceptor in d.auct.sed cum testator.Alex.etiam in d.l.Marcellus, & in cōsi.xxix.perspectis, col.ij.uol.v.istam asserit esse ueriorem & communiorem, quam sequutus est Dy. ut refert Bal.in d.consi.xcix. & Ioā.de Ana.cōsil.lxj. ut refert Corset. in alleg.tract.ac Pau.de Cast.consil.clxij.aliâs clxiij.uisa facti narratione, & Old.in l.fi.C.de iure deli.prout Corset. ubi suprà, & Alex.in d.l.Marcellus, referunt Rich.etiam Malumb. quem Cy.arguendo pro negatiua adducit in d.auct.sed cum testator & Bald.qui uideatur in l. filium quem habentem, col.x. uer.item quæro.C.fa.ercis.præcipuum negatiuæ fundamentū est, quòd à iure cōceditur trebellianica, quæ non reperitur expreßè prohibita omisso inuētario, inquit Bald.in d.consi.xcix. nostra ergo nō est extēdere, ut infra patebit, minus corrigere. l.si uerò.§.de uiro.ff.solu.mat.l.præcipimus, in fi. C.de appel. præcipuè in pœnalibus l.interpreta.ff.de poe. & regu.odia, de regul.iuris.in vj.in quibus non est sufficiens uerbi generalitas*

cum

cum inspiciatur proprietas & stricta natura uocabuli l.ij.§. hæc uerba el ij.ff.de neg.gest.& c.in nostra, de iniur. per extensionē ut est secundū Ang.in d. §. sin uerò expressum, quòd appellatione falcidiæ ueniat trebellianica per quam non indu
7 citur legum correctio. Item trebellianica † impropriè uenit appellatione falcidiæ secundū glo.in d.auct.unde si parēs, nec similitudo generis est satis aut secūdū quid in casu & casibus facta, cùm requiratur simplex, seu indiuiduo, aut quod sit eadē causa in eo, seu ad id ad quod fit cōparatio, ex quo ꝗ ultra nō prætēdit fimbrias, & omnino silet data dißimilitudine c.trāslato & ibi Abb.de cōsti.& in probe.decre. col.vij.ac Fely. in c.capitulū, de rescrip.col.ij.& in æquiparatis necesse est sint omnino similia, saltē in casu æquiparato absq; dißimilitudine ut suprà, aut correlatiua, uel per uiā generalis regulæ aliâs assimilata secundū Bar.in d.l.ij.& Abb.in d.cōsi.ij.& tamē plures sunt inter falcidiā & trebellianicā differentiæ, quas quia colligere esset laboriosum, sufficiat l.in quartā.ff.ad le. fal.& diuersitas, quæ ex dicēdis patebit, nec secundū Imo.in d.§. hæc stipulatio Alex.in d.cōsi.xxix.Bal.in d.l.filiū quem habentem, ratio uidetur eadē ex eo quod inuentariū fieri debet, ut appareant res hæreditariæ, & non est tanta præsumptio occasione trebellianicæ, quā scit hæres se posse omnino detrahere, quāta ratione falcidiæ, in qua à prin.non cadit huiusmodi certitudo, nimirū si quo ad falcidiam magis uidetur degenerare præsumptio, & propterea potius fuit in ea prouidendū, cum res particulares occultari possunt, nō ius uniuersale, cùm nec minui potest: licet ad hoc ultimū pertinenter cōtra negatiuā respondeat Bal.in d.consi.xcix.ꝗ licet ius intellectuale nequeat subtrahi, possunt tamen mobilia occultari, propter quæ fuit occurrendū ex quo iura fiunt rebus non uerbis l.ij.in fi.C.eod. de leg.

de lega.& c.cōmissa.de elec.in vj.Quo verò ad illud de cessatione falcidiæ dicit Bar.in d.l.Marcellus, & Bal.in d.l. filium quem habentē q si cessat iudicio testatoris, tunc & trebellianica,quia ex eadē causa & potētia procedens, secus si ex alia extrinsecus,scilicet ratione delicti in omittēdo cōfectionē inuentarij,& illud quod hæres teneatur de suo cōplere fideicōmissarios propriè non cadit in uniuersali fideicōmisso, ex quo semper solui potest de hæreditate ait Ino.in d.§.hæc stipulatio & Alex.in d.l.Marcellus & in d.cōsi.xxix.ex pluribus demonstrat q tex.in corpore d.auct.propriè loquatur de particulari,patet etiā quod sicut inter legata & fideicommissa per omnia quod est fortius ad æquata l.j.ff.de leg.j.sunt plures differētiæ,de quibus per gl.& doct.ibi ita inter fideicōmissa particularia,& uniuersalia demōstratur ex diuersitate nominū cōiuncta cum diuersitate titulorū,ex qua diuersificātur effectus ad l.si idē cū ibi no.per doc.C.de cōdi.& in l.si quis omissa.ff. si quis omis.cau.te.quā legē Alex.in d. l. Marcellus inducit ad ostendēdū,q legata particularia,ex quibus deducitur falcidia, nō sunt regulariter æqparata fideicōmisso uniuersali,nec ecōuerso sed particulari.præterea ubiq; tex.& pluries repetit de falcidia,& nunquā dicit de trebellianica,quæ geminatio ad toties replicata maiorē & præcisam deliberationem inquiditate sermonis arguit l.cū scimus,& ibi Bar.de agri.& cen.lib.xj. & in l.j.C.de plus peti.facit l.balista.cū ibi not. ff. ad treb.& in c.Raynaldus.de test.circa fi.ibi cum inuentariū fecerit,etiā si à cōtrario sensu sumeretur argumentū,loquitur tex.in falcidia nō in trebel.ut gl.ibidē no.& Bal.in d.l.filiū quē habentē, siquidē de trebellianica intellexisset,dixisset c.ad audientiā,de deci.nec nos ergo dicamus l.illā.C.de coll.& remaneat in dispositione iuris expreßi permittētis detrahi l.si cum dotē sol.

ma.l.cōmodißimè.ff.de lib. & posthu.neq; enim debemus nec possumus speciale pœnā inducere,quæ à iure non sit imposita tex.est not.in auct.de nō eli.sec.nub.§.cū igitur uer.sinautē ibi nec qualibet est lex aliquid tale dicēs col.j.& glos. cōmuniter approbata in c.fi.de iurepat.& ibi Abb.in c.querelā,de iureiu.col.iij.& quando in certo casu prout in falcidia est aliqua imposita,nō est alia,nec in alio casu,ut in trebellianica imponēda,nisi per habentē potestatis plenitudinē,optima est gl. in c.bonæ el.ij.de elect.Abb.in c.cum uenerabilis,de excep.Alex. consi.ciij.ea.col.j.uo.& per tex.in d.§.cum igitur, no.Bal. in auc.sed cum testator. C. de secun.nup.col.iij.ꝗ nō inducit aliqua priuatio,quæ nō sit lege cauta.igitur nec hæres trebellianica priuādus nec ualet cōsequentia,citari debet fideicōmissarius utilis & ei tenetur hæres reddere rationē.ergo conficere inuētariū aliâs pœna falcidiæ se extēdet ad trebellianicam uel succedet,quia idē est in creditore & legatario ad pias causas cōtra quos quarta non detrahitur l.non hoc.C.unde legi. c.in præsentia,de proba.Ita Ange.in d.§.sin uerò expressum Imo. in d.§.hæc stipulatio,& Alex.in d.l.Marcellus, maximè quia uerba nō couueniunt trebellianicæ in indiuiduo sumptæ in hac strictißima materia correctoria & pœnali. ergo nec mens l. hos accusare.§.in omnibus,de accu.& l.iiij.§.totiēs. ff.de dā. infec.ad alia motiua pro affirmatiua pōderata respōde ut per Bar.& Alex.in d. l.Marcellus, & per alios tenētes negatiuā in locis allegatis,& ad considerationē de causa expressa subtractionis uidetur responsum, supposito ꝗ non sit per omnia
6 eadē ratio.Secundò dicas ꝗ in correctorijs † etiā data rationis idētitate nō fit extēsio auct.quas actiones cum ibi no. C.de sacrosan.ecc.etiā si sit in l.expressa ratio,quādo sunt correctoria pœnalia,ut in proposito per tex.sing.iuncta glo.in uerbo

in

in eisdē, in cle.ij.de æta.& quali.quæ ad hoc magnifacit Alex. in d.l.si cōstante col.iij. & eandē gl.ut singularē allegat Abb. in prohe.Decret.col.vj.quāuis arguat pro & contra,& non uideatur firmare pedes,facit cōsil.Abb.ix.uol.ij. & dictū Inno.in c.sedes,de rescrip.ibi adductū q in materia restringibili appellatione clericorū non ueniunt canonici,licet pro ueritate non desināt esse clerici,super isto passu esset ulterius insistēdum,cùm amplißima sit extensionis materia, sed quia decisio est satis grauata ulterius non progrediar, quāuis ex hinc inde adductis nō procedat sine dubio, & quia opiniones doctorū uariæ faciūt rem ambiguam inquit Bar.in l.qui Romæ. §.duo fratres col.iij.ff.de uer.obli.Abb.in c.pastoralis, in prin.de rescrip.& in c.j.de re iud.col.iij.Item quia desuper uariāt Old. Bal.Bar.& Pau.de Ca.& Ang.ac Imo.qui in d.§.hæc stipulatio, sequitur negatiuā ait, tene quāuis Ang.etiā de Are. in allegato.§.pe.& Soci.in d.§.quod autē,ibi tenent affirmatiuam, inquiunt cogitandū esse, plures tamē hodie ex allegatis hæc uidentur esse pro affirmatiua, sed pro negatiua & conclusione facit auctoritas Io.And.& sequacium in paritate præponderans,quæ etiā in uia iudicij est securior & magis pia, nihilominus indigeret declaratione principis,ut dicit d. §. in uerbo, in eisdem in fi.& plures aliæ glo.in vj.& cle.in pluribus dubijs casibus idem dicunt & esset expediens.

IIII. Decis. SVMMARIVM.

Vtrum trebellianica, etiam in filijs primi gradus poßit prohiberi?

EPITOME.

1 Trebellianica, an in filijs primi gradus prohiberi possit?

DECISIO IIII.

1 VTrū trebellianica † in filijs etiā primi gradus potuerit

E 2 prohi

prohiberi in una Romañ. hæreditatis de Busalis 1514. corã me fuit dubitatum & opiniones erant uariæ, licet maior pars inclinaret in affirmatiuã, sed causa fuit sopita per concordiã, nam glo. in auct. sed cum testator. C. ad le. fal. tenet negatiuam quã præcipuè in filijs primi gradus multi sequũtur, sed ibi uideantur doct. pro affirmatiua & in l. iubemus. C. ad treb. in l. nemo potest, de leg. j. Alex. in l. Marcellus in princ. v. col. ff. ad trebel. & consi. xxix. perspectis. v. uol. ubi hoc dicit magis cõmuniter teneri, & Phil. Cor. cõsi. xxij. in hac cõsultatione col. ix. ac Corset. in tract. de trebellianica in primo dubio.

De Succesfione ab inteftato.

Vnicæ Decis. SVMMARIVM.

Ad succeſsionem matris ab inteſtato primò vocantur filij vulgo quæſiti. Itemˋ naturales tantum non exiſtentibus legitimis & naturalibus, quàm auus & auia. Vel ſic, Nedũ filij legitimi & naturales, ſed etiam vulgo quæſiti & naturales tantum excludũt aſcendentes in ſucceſsione matris inteſtatæ etiam à legitima.

EPITOME.

1 Filia naturalis tantum dummodo non ex damnato coitu succedit matri exclusa auia, etiam quo ad legitimam. & nu. 3.

2 Solutus cum soluta de iure ciuili licitè fornicantur.

DECISIO VNICA.

DIANA *mater naturalis & legitima imperiæ intestatæ defunctæ uendicabat eiusdem à Lucretia filia imperiæ extra matrimonium procreata, tanquam esset insuccessibilis matri, nec filia nominanda in auc. ex complexu.*

&

& ibi glos.C.de incest.nupt.& in auctẽ.qui.mod.natu.effic. sui.§.fin.col.vij.si uerò nata probaretur ex cõplexu ciuili lege non damnato,petebat legitimã in bonis imperiæ.l.j. & l.nam & si parentibus.ff.de inoffic.testa.in auctẽ. de trien. & semis.in princ.uer.hoc obseruando iuncta glo.col.iij.& not. in auct.nouißima.C.de inoffic.testa. nam ex testamento debetur quarta parentibus,nisi ex iusta causa exhæredentur auctẽ.in testa. C. ad tertul. uerùm quia ex probationibus non constitit

1 fuisse natã ex coitu dãnato,uel incestus † adulterij nefarij, & similis,sed magis innotuit fuisse uulgo quæsitam conclusit palatium Lucretiam matri succeßibilem per tex. in.§.nouißime insti.de sena.orph.& l.hac parte,unde cogna.& l.j.§.sed & uulgo quæsiti.ff.ad tertul.& l.si qua illustris à contrario sensu,seu per locum à speciali.C.eod.tit.supposito quod imperia non fuit illustris,idem si fuisset naturalis tantùm & no.glo.d. §.nouißime & facit d.l.si qua illustris,& ibi etiam glos. iura autem primo loco adducta procedũt in coitu damnato & le-

2 ge imperiali,quoniam † complexus inter solutum & solutam non reprobatur à iure ciuili,ut l.j.C.de adult. bene à canonica quæ tamen benignè prouidet omnibus de alimentis c. cum haberet de eo qui dux.in ma.quam poll.per adult.quæ per hæredem extraneum filio naturali testatoris sunt præstanda,inquit

3 Bal.in auctẽ.licet.C.de natur.liber. Tenuit etiam † palatium Dianæ non deberi legitimam,quia prima causa in succeßione est filiorum auct.de hære.ab intesta.col.ix.in prin.& auctẽ. cessante.C.de legit.hære.ergo excluditur in totum ad hoc tex. in l.j.C.ad orphi.ubi filia admittitur in totum exclusa matre & senatusconsultum,ita admittit uulgo quæsitam, sicut legitimam & naturalem,ut in d.§.nouißime,& Iaco. But. Bart. Saly.& communiter docto.in d.l.si qua illustris, & Nicol.de

Vbal. auditor Rotæ in tracta. de succes. ab intesta. vj. char. ibi circa secundam liberorum speciem dicit, quòd tales naturales filij succedunt in uniuerso, sicut filij legitimi & naturales, etiā si cum ipsis concurrerent per d.l. si qua illustris, naturales autem & legitimi excludūt auiam per d.l. j. ergo & uulgo quæsiti non obst. tex. in d. auc. licet quia disponit in patre decedente sine sobole ciuili, quo casu uult quod ab intestato naturalis poßit succedere in duas uncias duntaxat, quin aut cum tali sobole naturalis nihil habet, sed tantum pasci debet prout ibi dicit Saly. & principium loquitur etiam ex testamento patris non matris. Ratio differentiæ est, quia mater est certa etiam si uulgo conceperit. Pater uerò non nisi quem nuptiæ demonstrant l. quia semper. ff. de in ius uoc. iuxta l. filium cum diffinimus. ff. de his qui sunt sui uel alieni iuris & l. mulier. §. defunctæ. ff. de adult. Ideo glo. in d. §. nouißime, dicit quod quando sumus in procreato ex coitu non damnato lege Cæsarea filius succedit matri nō patri cum sit incestus, ut. §. uulgo quæsitos insti. de succes. cogna. Nam & si habet certum patrem naturalem, non tamen succedit, nisi in duabus uncijs, ut est dictum, ita in tutela si concurrat pater naturalis tantùm cum matre, præfertur mater l. fi. C. quando muli. tut. offi. fung. pos. quemadmodum in succeßione per iura allegatā, mater succedit simpliciter, non sicut pater in duabus uncijs secundum Bart. in l. si quis sub conditione. iiij. col. ff. de testa. tute. unde quo ad casum decisionis iura suprà adducta non sunt correcta, nec subest ratio quòd debuerint corrigi, aut saltem expressa correctio non apparet. igitur & c. l. sancimus, de testa. & l. præcipimus in fin. C. de appel. & contra Dianam matrem & auiam respectiuè, in his iudicauit dominus Iacobus Simonetta 1521. cuius sententiam eodem anno confirmaui.

De Iurepatronatus.

Primæ Decis. SVMMARIVM.

In iurepatronatu reseruato illis de genere fundatoris succedunt, & ueniunt descendẽtes ex fœmina, & fœmina etiã priuata nõ existẽs in dignitate est capax iurispatronatus, & præsentandi.

EPITOME.

1 Posteris relictum priuilegium, an extendatur ad natos ex fœminis?
2 Fœminæ in constitutionibus, vel testamentis sub quibus verbis comprehendantur?
3 Iuspatronatus reseruatum illis de genere testatoris, extenditur ad descendentes ex fœmina.
4 Fœmina priuata etiam ꝙ nõ sit in dignitate, est capax iurispatronatus.

DECISIO PRIMA.

RELICTVM *erat iuspatronatus proximioribus de genere fundatoris, conclusum fuit quod deficientibus masculis, prout cõtigerat, in facto descendẽtibus ex fœminis possent præsentare, nam quãuis propriè non di-*
1 *cebantur de genere, nec priuilegiũ concessũ † tibi & posteris tuis, uel tuo generi extẽdãtur ad natos ex fœminis, ut in l. j. §. personas. ff. de iur. imm. & ibi* Bar. & Alex. *in addi. &* Dy. *in regula priuilegiũ personale de re. iur. in vj. & plura cumulat* Fely. *in c. nouit de iud. j. col. nihilominus ex stilo curiæ nobilitas ex utroq; parẽte est in cõsideratiõe, ut dicit* Nic. & Vbal. *in trac. de suc. ab inte. xv. fol. secundũ* Fely. *in d. c. allegat c. uenerabilis, de præb. & saltẽ latè & largè potest dici, & participare de genere & nobilitate, ut subijcit, & sumus in fauorabilibus in quibus fœmina cõprehẽditur, quæ aliàs non ueniret, ut dicit glo. in c. generali, de elec. in vj. cum etiã in odiosis fiat extẽsio, aliàs cõprehẽsio ex rationis idẽtitate, quando sublata*

significatione uocabuli cōtinetur cle.j.cum glo.in c.j.de tem-
2 po.ord.in vj.& ad stilū respexit Rota,& quia † in successio-
nibus descendentes ex fœminis ueniunt secundū Alex.in d. ad-
ditione l.generaliter.§.cum autē.de insti. & substi.sub condi.
fac.l.cum acutißimi.C.de fideicōmis.& l.cum auus.ff.de cōdi.
& demon.cum ibi not.qui Alex.ibidē ponit idem esse de uerbo
generationi,quod de uerbo generi,sub uerbo tamen sobolis &
prolis refert fœminas uenire,ut probatur in l.j.sol.mat.in l.v.
de natu.libe.& l.fi.de bon.præscrip.ac l.j.C.ne rei do. uel tēp.
& quod ueniunt sub uerbo prolis,omnes qui appellatione fa-
miliæ cōprehendūtur l.officiales & auct.statuimus.C.de epis.
& cler.& sub uerbo genti tuæ,ueniūt agnati & cognati,se-
cundū glo.notab.in materia in l.j.ff.de proba. uerbum autem
progenies,cōprehendit omnes descendentes ex masculina tan-
tùm,ut probatur in l.fi.& ibi Bal.C.de emanci.libe.& l.fi.&
l.fi.& ibi etiā Bal.C.de do.prom.iuxta l.dedit dotē.ff.de colla.
3 bo.& in d.addi.per eundē latius in patronatu † reseruato fi-
lio,& descendentibus ab eo masculis ueniūt fœminæ hæredes,
seu succedentes,licet non descendant à filio secundū Anch. cō-
sil.lxxxj.ad idē si ædificans patronus moriatur relicta filia fœ
mina hærede qui reliquerat patronatū fratribus & descenden
tibus masculis,& c.Cal.in consi.iiij.de iurepat.& hæc consi-
lia bene faciunt ad decisionem,quam etiā coadiuuat consuetu-
4 do in pluribus locis.Item hæc alia cōclusio † quod fœmina &
priuata mulier,etiā non existens in dignitate est capax iurispa
tronatus & præsentandi,& transit in fœmina tale ius.Ita Io.
And.in c.nobis,de iurepatr.& in d.c.generali. & Cal.consil.
j.de iurepatr.probatur in c.fi.de conces.præben.ubi etiam hoc
tenet Abb.qui dicit se non legisse in alio tex.de priuata mulie-
re,& refert Rotam in quadam decis.ita sentire,& facit text.
iuncta

iuncta glos.c. quoniam inuestituras.xvj.q.vij.& hæredes masculi & fœminæ pariter succedunt in iurepatronatus secundum doct.in cle.ij.de iurepat.& satis est,quòd iure non prohibeatur. Ita Abb.*etiam in c.dilecto de testi.& in c.j.de iurepatro.& quod iuspatronatus, ita competat fœminæ sicut masculo prosequitur* Roch.*in isto tracta. super uerbo cõpetens alicui in j.q.& ibi etiam hoc tenet,quando cõpeteret uniuersitati,idem si cõpeteret illis de parentela,& fœminæ non sint nuptæ extra parentelam,uel nondũ sunt nuptæ. si uerò fuerint nuptæ extra parentelam,dependet ad hoc an fœmina nupta dicatur de domo,aut de parentela patris sui, de quo in locis remißis per eum.procedit autẽ si fœmina erit hæres ut in uerbo ipse uel is à quo in vj,q.firmat salua ubiq; consuetudine.*

II. Decis. SVMMARIVM.

Præsentatus ab vno ex duobus patronis, seu ab omnibus qui ei successerunt, non præfertur præsentato à maiori parte eorũ, qui successerũt alteri patrono, licet minor pars alterius etiã præsentauerit eum, sed habent ius æquale, meretur tamen gratificationem data aliàs paritate.

EPITOME.

1 Maior pars alicuius collegij aliquid faciens, an dicatur ab omnibus de collegio factum? & nu.2.

DECISIO II.

S*Vpposita hodie pro uera sentẽtia,quod in patronatu plures ab uno descendentes succedant in stirpes, non in capita.& unius loco habeantur pro cle.ij. de iurepatro.secundum glo.ibi Abb.Car.& cæteros post* Inno. *qui ita tenuerant ante d.cle.licet tũc tres desuper eßẽt opiniones,quas refert* Roch. *in tract.de iurepa.in uerbo ipse,uel is à quo causam habuit.ij.*

q.j.col.fuit dubitatũ in una Pisana corã do. Nicolao de Aretio, an deberet præferri præsentatus ab altero ex patronis ei,
1 qui erat præsentatus † ab octo, ex decẽ qui successerant alteri patrono, attẽto ꝙ duo ex dictis decẽ etiã præsentauerãt ipsum & sic superabãt præsentatũ ab octo tantùm, cùm nõ haberet unam integrã uocẽ, uel an essent pares, quasi quilibet haberet unam integrã uocẽ, & cõclusum fuit quod habebãt ius æquale, taliter quod magis idoneus ueniebat præferẽdus, aliâs in omni paritate erat locus gratificationi, fundamentũ fuit in eo, quod dixit Car. in d. cle. ij. q. circa fi. quod uox illorũ decẽ erat apud maiorem partem, & de suffragio minoris aut præsentatione non est curandũ ad idẽ Abb. in c. pastoralis, in prin. ulti. col. de rescript. dum ait ꝙ unus ex pluribus de eodem corpore pro nihilo reputatur, quãdo maior pars illius corporis seu rescripti remãsit in cõtradictione. ad hoc Io. And. c. à collatione de appel. in vj. dicẽs quòd si duo corpora habẽt facere actum, & unum concordat, & habet personã alterius corporis, per hoc non obtinebit, ex quo uox alterius corporis est apud ma-
2 iorem partẽ, cum factũ † à maiori parte perinde habeatur, ac si omnes egissent l. quod maior. ff. ad municip. quinimo uoluit glo. in c. non potest de re iudi. & cum ea Car. ibi quod factũ à maiori parte dicitur cõcorditer factũ, quãdo actus explicatur à pluribus, ut à collegio quãuis Abb. ibi cõtra & Bu. in c. dilectus, de tẽpo. ordi. & idem Abb. ꝙ non dicatur factũ unanimiter, si unus solùm cõtradicat in c. cum ecclesia sutrina de cau. pos. & propr. in notabilibus pro glo. tamẽ est tex. in l. duo ex tribus. ff. de re iud. ibi quid enim minus uerũ est omnes iudicasse, ubi uerba notant ueritatẽ nõ fictionẽ ad ea, quæ Bar. tradit in l. si is qui pro emptore. ff. de usuca. nisi pro opi. Butr. & Abb. dicamus uerum esse omnes iudicasse, sed non cõcorditer

ter uno cõtradicente, quia lex acceptat quo ad effectum iuris iudiciũ maioris partis, sed hoc nõ est præsentis speculationis, super quo tamẽ in recollectis pro & contra quædam annotaui, non ob. decisioni quòd uoluit Host. *in c. postulasti, de cõcess. præben. &* Fede. de Sen. *consi. j. & ccxxij. quia fuit responsum opinionẽ* Host. *non esse ueram & reprobatam per* Io. And. *in d. c. à collatione, & cõmuniter per alios quos refert* Fely. *in d. c. pastoralis, in prin. ult. col. & ut commune contra* Host. *firmat* Roch. *in d. q. ij. ult. col. quod dicit notandum, quia multos uidit errare.* Fede. *uerò referẽs opinionẽ* Host. *non figit pedes. quin potius sentit, quod esset impugnari, & magis uidetur facere pro quàm cõtra, sicut* Io. An. *in d. c. à collatiõe post prin. innuit & si teneret cum* Host. *nõ bene ut supra, in proposito autẽ præsentare, cõpetit pluribus tanquã uni, & militat eadẽ ratio, ac si cõpeteret pluribus, ut collegio secundum* Roch. *in d. loco. & ita gratificãdo pronũciauit do.* Nicolaus *de* Aretio. 1519. *& dominus* Iaco. Simonetta *dixit* Rotam *eodem modo iudicasse in alia causa, dum ipse esset aduocatus, & defenderet opinionem* Host. *Si uerò essent plures uniuersitates, quæ haberent iuspatronatus, quælibet habetur loco unius singularis personæ, & attenditur maior pars cuiusq; uniuersitatis ad illam uocem perficiendam, ut* Roch. *in* vj. q. *ibi.*

III. Decis. SVMMARIVM.

Consensus patroni non requiritur necessario in alienatione rerum ecclesiæ patronatæ aut dismembratione decimarum, licet ex causa posset contradicere.

EPITOME.

1 Patroni an sint vocandi in dismembratione, seu alienatione rerum ecclesiasticarum?

Alim

2 Alimenta debent præstari patronis ecclesiarum in euentum indigẽtiæ.
3 Honor est commodo præferendus.
4 Episcopus non potest ecclesiam patronatam facere collegiatam, nec cathedralem inuito domino.

DECISIO III.

DIsmembrauerat Papa decimas quasdã ab ecclesia sancti Stephani Bayonen̄.diœce.& applicauerat Vicario & beneficiatis Villenouæ de Centeria,quam dismembrationẽ rector sancti Stephani,& parrochiani patroni impugnabant,
1 *ex quo † de patronis nihil dicebat,nec ipsi cõsenserãt, & qđ omnes tangit debet ab omnibus approbari l.fi.C.de auct.præstan.c.ad hæc de offi.arch.regula q, omnes de reg.iur.in vj.& quia in dubio princeps nemini uidetur præiudicare l.ij.§.merito,cum seq.ff.ne quid in lo.pub.l.nec auus.C.de emanci.c.super eo de offi.deleg.Nec dubiũ quin si ualeret,præiudicaretur patronis,quorũ interest bona cõseruari pro ecclesia patrona*
2 *ta,nedum respectu † alimentorũ,quæ eis deberi possent,si indigerent c.nobis,de iurepatr.& ibi de alijs cõpetentibus patronis,de quibus etiã Mil.in uerbo patronus, si est clericus, uerũ etiã quia in defectũ cogerentur de suo cõtribuere parrochiani ad refectionẽ ecclesiæ secundũ Abb.post alios in c.ad audiẽtiam,de eccle.edi.Item honorabilius ius competit patronis in*
3 *pinguiori ecclesia, & aliàs honor est † cõmodo præferendus*
4 *l.Iulia.ff.si quis omis.cau.test.ulterius † episcopus non potest ecclesiã simpliciter facere collegiatam absq; consensu patroni secundũ Bal.in l.si quis presbyterorum.C.de epis.& cle.neq; erigere in cathedralẽ secundũ Anch.in c.cum inferior,de ma.& obe.nec alteri unire secũdũ Pau.de Eliaz.in cle.ne in agro §.ad hæc,de sta.mo.& Abb.post Inno.in c.suggestũ, de iurepatr.Idem si uult auctorizare permutationi Cal.cõsil.ij.de re.permuta.& per Fely.plenius de his in c.cum accessissent, de consti.*

consti.vij.col.Sed cõclusum fuit cõsensum patronorũ non esse necessariũ,nec ad id patronos uocandos prout Inno. *&* Abb. *firmant in c.unico,ut eccl.benefi.si.di.confe.Anch.consi.cxxj. ex narratis ult.col.dicẽs non esse iure cautum, & quod solum debet inspici interesse de præsenti,non autem casus & aduersa fortunæ in futurũ l.inter stipulantẽ.§.sacram.ff.de uer.obli. &* Dec.*consi.clxxvij.& facit quod* Lap.*alleg.xvij. non obst. quòd in prouisione beneficij eiusmodi requiritur consensus,ut not.in c.ij.de præben.in vj.quia illud est proprium ius de præsenti,& fructus siue eligere & cõferre, ut dicunt docto.in c. cum autem de iurepatr.& no.in c.cum olim,de ma.& obe. de honestate uerò deberet requiri consensus in alienatione, dicit* Inno.*in d.c.unico & esset cautũ l.testamentũ.*C.*de testa.*Nam *possunt patroni ex causa cõtradicere, & facere annullari secundum omnes in dictis locis,quòd est necessariò intelligendũ de alia causa & quidem iusta,quàm de interesse superius deducto in primis fundamentis, & ita iudicauit domi.* Ioan. Anto. *de* Triuultijs *in una* Bayoneñ.*decimarum* 1520. *ualuisse dismembrationem.*

IIII. *Decis.* SVMMARIVM.

Beneficia de iurepatronatus clericorum ratione ecclesiæ non patrimonij, item laycorum ex consuetudine,vel præscriptione cadunt sub expectatiuis & alijs literis Papæ,licet de tali patronatu non dicãt.Idem si ex priuilegio competat secundum magis communem sententiam.

EPITOME.

1 Beneficia de iurepatronatus laycorum ex consuetudine, vel præscriptione comprehenduntur sub expectatiuis, secus si ex priuilegio. & numero 4.

2 Beneficia de iurepatronatus clericorum occasione ecclesiæ non patrimonij,

monij, veniunt in expectatiuis.

3 Præsentatio clerici habet vim electionis.

5 Legatus de latere an possit conferre beneficia, quorum collatio, siue præsentatio pertineat ad aliquem iure speciali?

6 Priuilegium & consuetudo æquiparantur.

DECISIO IIII.

Memini in una causa Mediolaneñ. parrochialis de Morapolo coram me pendente fuisse dictũ, non tamẽ firmatum omnino, quòd beneficia laycorũ patronata ex consuetudine non cõtinebantur sub expectatiuis, seu reseruationibus de ipso iure mentionẽ non faciẽtibus, quasi talis esset stilus & consuetudo, quãuis nõ præscripta, sed causam concordaui, & postea in alia Mediolaneñ. de Celi coram do. Martino de Spi-
1 *nosa fuit cõclusum, quòd † cõprehenduntur etiam nulla habita mẽtione, & successiuè coram do. Nicolao de Aretio* 1521. *in alia firmatum & in utraq; iudicatum, quoniã ita uolunt docto. quos refert & sequitur Fely. in tract. quando lite. apo. no. patro. in xj. fallẽtia & ultima eo motiuo, quia cessat ratio gl. pe. in fi. in c. cum dilectus, de iurepatr. retrahendi patronos à*
2 *fundatione beneficiorũ, Idem in patronatu † clericorũ occasione ecclesiæ non patrimonij, in quibus habentur ut patroni clerici, non ut layci, abundè per eundẽ in eod. tract. iij. aut v. ampliatione ac iij. limitatione eiusmodi auctoritate patronata clericorum cõprehenduntur in literis generalibus c. ij. de præbẽ. in vj. secundum Arch. Io. And. Domi. & Phil. Fran. ibi ex quo*
3 *præsentatio † clerici habet uim electionis, ut not. Inno. in c. cũ auctoritate, de iurepatro. & de his etiã per Imo. post But. & Card. in c. dilectus, de offi. lega. & pro utroq; uideantur glos. in d. c. dilectus & gl. antep. in cle. ij. eo. tit. & in cle. per literas in uerbo apostolicis, de præb. & Abb. post Host. Ioã. And. & But. in d. c. cum dilectus, & c. iij. eod. tit. & in c. dilectus. iij. de*

præ

præben.ac Philip.Franc.in c.unico.§.uerum ulti.col. de iure-patr.in vj.& Mil.in uerbo gratia facta in repertorio. Quid autem in patronatu ex priuilegio Butr.in d.c.dilectus, iij.col.
4 de offi.leg.dicit quòd si layci habent † ex priuilegio apostolico auctoritatẽ præsentandi,non tenet collatio Papæ sine mentione,cùm præsumatur quòd non fecisset in præiudicium priuilegij sui c.super eo,de offi.dele.& ita transit Imo. col. ult.in d.c.dilectus,& hoc in expectatiua uult etiã Abb.consi.xxviij. ij.uol.qui in d.c.dilectus in fi.quo ad legatum,an poßit manus extendere ad beneficia,quorũ collatio spectat ad aliquẽ ex iure speciali,scilicet ex priuilegio uel cõsuetudine? inquit quòd non,allegando Fede.de Sen.cõsi.lxiiij.Nam præsentatio pertinet ad patronũ iure speciali d.c.iij. & nihilominus legatus de
5 latere confert † talia.ut ibi subijciens se intelligere de priuilegio generali,secus si Papa dedisset priuilegium,ut posset conferre certa beneficia,quia tunc credit quòd legatus de illis se intromittere non posset,quia specialis prouisio derogat generali c.studuisti eo.tit.c.dudum,de præben.in vj. super isto non fuit aliquid dictum,sed solum adductum d.consi.Abb.arguendo de priuilegio ad consuetudinem,cui aliqui domini responde bant,quod ibi erat ratione mixturæ,ex eo quod ecclesiæ minus dotatæ fuerat aucta dos. Sed quòd idem sit in competente ex priuilegio,quod ex præscriptione & consuetudine occurrit, quòd ratio distrahendi à fundatione est uniformis in omnibus, ergo ius idem l.à Titio.ff.de uerb.obli.in ea enim ratione cessante fundatur sententia doct.quoad præscriptionem & consuetudinẽ.Item hoc probat stilus in signatura & literis Papæ qui habetur pro iure c.ex literis cum simi.de constitu. excipiens patronata ex fundatione & dotatione, quod extenditur etiã ad constructionem,ut dico in alia decisione incipiente

iuri

iuripatronatus laycorũ,non autẽ ex præscriptione,priuilegio aut cõsuetudine,quibus stantibus non obstat dictum But. Imo. *&* Abb.*quia licet* Abb. *distinguat in collatione legati, æquiparat tamen priuilegiũ & consuetudo in utroq; membro, & obstat fundamentũ rationis cessantis peculiare in materia,& per uerbum fortè attenta ista cõsideratione dicit* Fely. *in d.xj. fallentia declarando eam,quòd non est necessaria mẽtio,& sic decidit sub tali uerbo,ut inquit* Ang. *in l.in substitutione. ff.de uulg.& pu.&* Soci. *consi.xciij.x.col.sed clarius ibi in ix. ampliatione & pro consideratione, quòd idem sit in priuilegio, facit motiuũ* Alex. *cõsi.lxxiiij.ult.col.uol.iiij.quod pondero in alia decisione incipiente,hactenus sub hoc tit.& cõfert etiam ad istam & idẽ motiuũ,eandemq; considerationẽ ponit* Alex. *in c.hortamur col.ult.lxxj.dist.ubi plures in hunc sensum ad-*
6 *ducit,& facit † quod priuilegiũ & cõsuetudo æquiparantur secundũ glo.in uerbo cõsuetudine in c.nouit,de iudi.quod etiã Alexã.ponderat in d.consil.col.ij. hanc partem reperi postea tenere* Car.Zab. *in d.c.dilectus.q.iij.&* Roch. *in tract. de iurepatr.super uerbo competens alicui.q.xxiiij.& idem* Car. *in cle.per literas.q.iij.de præben.*

V. *Decis.* SVMMARIVM.

Non est canonica præsentatio de beneficio ad beneficium vacans facta per procuratorẽ patroni constitutum ante vacationem beneficij ad præsentandum B. nec ex tali præsentatione remanet cõsensus,qui præsentationẽ valere faciat.

EPITOME.

1 Procurator constitutus ad præsentandum B.ad beneficium nondũ vacans,an si postea vacauerit,possit ipsum præsentare?
2 Lex qũ resistit actui ex eo nec ciuilis, nec naturalis oritur obligatio.
3 Possessio in cathedrali,quæ nõ est bona iustificaẽ ex paciẽtia canonic.

Decisio

DECISIO V.

ERat à patrono cōstitutus procur. ad præsentandū B. ad beneficiū quod nondū uacabat occurrente uacatione, pcurator ipsum præsentauit, fuit conclusum in una Posnauieñ. parrochialis in Ghostim corā dño Hugone de Spina 1521. de mense Maij talem præsentationē non tenuisse per capitulū
1 fi. de cōcess. præben. † nec ualidari, ex eo ꝙ patroni consensus, de cuius mutatione nō apparet, uideatur durare nō obst. quod Deci. uoluerit cōtrariū consi. clxxij. in causa uenerabilis ubi considerat, quod ex actu nullo declaratur uoluntas l. fi. ff. de reb. eo. & quod uoluntas consistēs in animo est facti l. in bonæfidei. ff. de acquir. re. domi. l. consi. in fi. ff. de cura. furi. & quod factū remanet quāuis lex annullet constitutionē procuratori factā simpliciter ad præsentandū B. cùm res facti nequeat iure infirmari l. j. §. si uir. uxori. ff. de acqui. pos. ergo habetur uolūtas & cōsensus patroni in eiusmodi præsentatione, quæ durare præsumitur l. cū qui. ff. de probati. & cū cōsensus poßit præcedere & sequi. c. cura. c. suggestum de iurepatro. Hos. eo. ti. in sum. §. fi. circa. fi. uer. quid ecclesia Abb. disputatione Augerio. xiiij. col. Car. in cle. j. in prin. viij. colū. de supplē. negl. præla. Rot. v. in no. de re. pmu si nō proficit, ut cōsensus ante præsentationē reprobus prosit ut durās post præsentationē, sicut prodest, si superuenisset infra tempus ad l. bonorū. ff. rem ra. habe. quasi canō ante actū præsentationis & in ipso actu illū reprobet; non post, quia motiuū non est uerū. nā in d. l. fi. & si lex non resistit sed canō sic in d. c. fi. propter uitandum uotū captandæ mortis, & ibi declarat Abb. post alios unde succedit cōmunis doctrina Bar. in l. cū lex. ff. de fideiuss. quod sequitur Abb. in c. cum cōtingat prima col. de iureiur. ꝙ
2 quando lex resistit † actui, ex eo nulla oritur obligatio ciuilis

F nec

nec naturalis, taliter quòd consensus omnino est reprobus ab initio, ac semper nullus & sine aliquo effectu, quod nō sit resistentia in casu d.l.fi. patet ex his, quæ ibidē Bal. & alij scribunt, quãuis nec aßistentia, quod quãdo ius resistat quãdo nō nec etiã aßistat tradit Bar. post glo. in l. sed & si lege. §. scire. ff. de peti. hære. in l. cũ quis. C. de iur. & fac. igno. tex. cũ glo. in c. ad decimas de resti. spoli. in c. j. de præscrip. in vj. & l. pacta quæ cõtra. C. de pact. & ibi. Bar. Abb. in c. si diligenti de præscrip. vj. col. c. dilecto de præbē. col. ij. c. ad nostrã circa fin. de reb. ecc. nō alie. & eodē modo respondeas ad l. obseruare. §. fi. ff. de offi. procõsul. quē tex. ponderat ꝑ se Decius, quod simus extra legis resistentiã, cõstat ex eo, quod si nō ualet ut ex tunc quãdo legato à procõsule fuit mãdata iurisdictio, ex quo iurisdictionē, quã nondum habebat, alteri demandare non poterat, ut inquit ibi litera & in l. traditio. ff. de acqui. re. domi. c. quod autē de iurepatro. ualet ex quo tēpore quo proconsul. prouinciã est ingressus, cùm perseueret in eadē uolũtate, aliâs nō in probata, sed potestatis defectu quo ad exercitiũ impedita, ita quod operetur, quãdo potest, & incipit ualere tēpore habili, prout in simili in c. literas de sup. negli. præla. sola patiētia dat ius in institutis extra tēpora, nō ex institutione illa ex tũc, sed ex tali patiētia ex nunc, ad hoc etiã c. pastoralis. §. quoniã de rescri. ubi iurisdictio erat in habitu non in actu, sed solùm exercitiũ impeditũ & Abb. ibi ij. notabili inter alia exēpla adducit. d. §. fi. facit etiã decis. incipiēs, ut legitima, ꝙ pos-
3 sessio † quæ nō est bona, quia non capitularis, iustificatur ex post facto ex patiētia canonicorũ, qui non erant inhabiles ad dandũ, seu tradendũ eam capitulariter, in quibus apparet ius non resistere, quin potius superueniente supposito potentiæ exercitij consensum operari, & cessare legem annullantē seu

impe

impedientem c.cum cessante de appella. quæ ratio in casu, de quo agitur non cessat occurrente uacatione beneficij, & sequuta præsentatione cùm fuerit ad tollendū uotum captandæ mortis, quod dicere nō possumus, propterea cessasse aut fuisse sublatū: sed magis effectuatū, & sic durare canonis prohibitionē, & annullationē effectu iā cōsummato, ut dicit Bar. in l. pluribus. §. fi. ff. de uer. obli. in l. titia. §. Imperator ult. col. ff. de leg. ij. & quādo dicatur causa cessare declarat Lap. allegatione ci. vij. col. Item si tantū irritaretur cōstitutio procuratoris, & remaneret cōsensus, qui posset seruire ad ualidandā præsentationē d. c. fi. esset editū uerbis non rebus, atq; ludibrio & absq; effectu, ex quo non deficeret cōsensus patroni, qui præsumeretur durare cōtra l. fi. de usur. l. ij. in fi. C. cō. de lega. c. in his de uerb. sig. c. cōmissa de elec. in vj. l. si prætor de iudi. l. fi. ne quid in loc. pub. l. pen. §. docere. ff. ne quis eum qui in ius uo. est ui exi. c. qualiter de pact: c. relatū de cle. nō residen. & nō esset occursum uoto mortis captandæ, & ad hoc nō aduertit Deci. nec ad id quod cùm aliquid ꝓhibetur directo, ut per indirectū quodq; ex eo sequitur ac totū id, et modus quo peruenitur ad illud l. oratio de sponsa. l. non dubium. C. de legi. no. in l. ij. ff. de iur. om. iudi. & in regula cū quid de reg. iur. in vj. nec refragatur quod potuisset patronus reuocasse, quoniā aut ante præsentationē & cū intimatione necessaria iuxta c. ex parte de rescrip. cum materia & cle. j. de renunc. & nō est opus quærere, an ualeat præsentatio procuratore legitimè reuocato, aut post & statim facta præsentatione non cōstito de canonica reuocatione, ex iam dicta præsumptione consensus duraret, & iuuaret taliter ꝙ euitari non possent absurditates adductæ quæ sufficiūt ad alicuius actus impugnationē l. fi. C. de usur. rei iud. in auct. de non eli. se. nuben. §. cum igitur in fi.

col.j.c.soliti.§.cũ inferior de ma.& obe.c.queadmodũ de iure iu.c.cũ inter de excepti.c.nona.de pœni.et remis.& ibi. Abb. non ob.etiã quod res facti nõ potest iure infirmari, quia ultra responsa quæ per doct.dantur in d.§.si uir uxori, quoad iuris effectũ bene infirmantur, casus sunt plures in toto ti.de c.& postli.re.ff.& in multis iuris articulis considerato iuris effectu. licet facta pro infectis haberi non poßint inspecto ipso facto l.in bello.§.factæ eo.ti.hoc enim non cadit sub potentia, ut q factũ est factũ nõ sit xxxij.q.v.si Paulus l.j.cũ ibi.no.C.de rap.uirg.in prin.& satis est legẽ reprobare cõsensum, ut nũquam fomentũ à iure habeat, & sit extra omnẽ iuris effectũ, prout in collatione & poßeßione, quæ habẽtur post & contra decretũ irritãs, quia titulus est discoloratus, & huiusmodi poßeßio nõ restituibilis & superuacanea c.si eo tempore de electi.j.& ij.ut lite pend.in vj.Rota tertia in no.in prima additione de resti. spoli.& tamẽ in his, & alijs infinitis factum cõcurrit, uoluntas non deficit, & cõsensus adest, sed absq; adminiculo, & sine aliquo fructu ac ministerio.

VI. Decis. SVMMARIVM.

Derogatio seu reuocatio iuris patronatus præterquam si fundauerit vel dotauerit, extenditur respectu exceptionis, & præseruationis ad patronatum ex constructione, idem econtra vt præseruato vno casu fiat extensio ad alios ex identitate rationis.

EPITOME.

1 Derogatio iurispatronatus laycorum, præterquam ex fundatione vel dotatione, non extenditur si ex constructione existat.
2 Ius patronatus quibus modis acquiratur? & nu.10.
3 Extensio de similibus ad similia, vbi est eadem ratio in exceptionibus seu fallentijs à regulis, an fiat?
4 Ecclesia patronata, an fieri poßit collegiata inuito patrono?

5 Prouisio Papæ de beneficio patronato laycorum absq; derogatione, non præiudicat patronis.
6 Ius patronatus ex constructione vel fundatione, est æque potens iuri patronatus ex dotatione, cùm ista tria æquiparētur in iure. & nu. 7.
8 Aequiparatis duobus de iure antiquo, si de iure nouo aliquid in vno statuatur, extenditur ad aliud.
9 Lex ex similitudine rationis, & connexitate negotij, etiam si sit pœnalis extensiuam interpretationem recipit.
11 Tantum vel alia taxatiua dictio, in fauorabilibus & pijs casibus apposita, excludit alios casus non similē, sed dissimilē rationē habentes.

DECISIO VI.

IVripatronatus laycorū in prouisionibus beneficiorū dero-
1 *gari † solet, si est ex fundatione uel dotatione ꝓ medietate aliâs in totū, quādoq; etiā reuocantur cōcessiones iuris factæ pluribus, præterquā si quis eorū fundauerit, uel dotauerit hæc præseruatio, & quod in totū primo casu nō censeatur derogatū, prodest etiā ei qui cōstruxerit, licet non fundauerit nec dotauerit, sed alius seu alij id fecerint. ita fuit cōclusum in una Taurineñ. cappellaniæ corā me in prima instātia pēdē. 1522.*
2 *hoc tantū fundamento, quia ius patronatus † habetur uno de tribus modis, uel ꝙ quis cōstruxerit ecclesiā c. monasteriū xvj. q. vj. c. iij. & c. nobis de iur. pat. uel ꝙ eā dotauerit c. filius ea. q. uel ꝙ eā fundauerit dato fundo ubi sit constructa c. Abb. xvij. q. ij. & d. c. iij. & d. c. nobis ac c. significasti de testi. ponūt Innoc. & Abb. super rub. de iur. patro. unde fraternizant modi prædicti in acquisitione iurispatronatus. itē etiā in usu ac cōseruatione, ut infra subijciam, quod uel quoad omnia seu saltē in prædictis casibus omnino unus modus est similis alijs, quod sufficit ad concludendam similitudinē iuxta tradita per Abb. in c. translato col. iij. de consti. & latius per Fely. in c capitulum col. ij. de rescrip. Quo stante succedit, quòd etiam in exce-*
3 *ptionibus † & fallentijs, quæ fiunt à regulis, etiam si uideantur in hoc odiosæ, quia contra regulas sit, nihilominus extē-*

sio de similibus ad similia, si est eadẽ ratio glo. est not. in l.j.C. de condi. inde. & tex. menti tenendus in ca. cum dilecta & ibi Abb. v. notabili de confir. uti. & inuti. ubi notat hoc procedere, nedũ in simplici dispositione, uerùm etiã in casu excepto à regula ut ibi idẽ uult But. quẽ refert & sequitur Abb. in c. cũ omnes col. v. de consti. ut in quolibet actu graui absentes sint uocandi, ex quo in tribus casibus ibidẽ exceptuatis ex grauitate præiudicij uocari debent, dummodo sit eadẽ ratio grauis præiudicij, firmat etiã Abb. in c. si. col. iiij. de re iud. in ꝓposito autẽ cadit rationis identitas. nã siue de rigore iuris ex dispẽsatione, & tollerantia sit habilitas, & potestas quærendi ius patronatus ut inquit But. in d. c. iij. siue ex gratia, quod in idẽ sonat ut ibi no. Abb. ratio ceßionis fuit, ut per hoc inuitetur quis ad fundandas ecclesias, construendas, & dotandas, ut ait Arch. lxxj. di. hortamur & But. in d. c. iij. & eadẽ considera-
4 *tione non debet ecclesia † patronata fieri collegiata, neq; patronis directè aut per indirectũ auferri ius seu cõmodũ præsentandi, & ne etiam layci à fundatione seu dotatione retra-*
5 *hantur, ꝓuisio † Papæ de beneficio patronato laycorũ absq; derogatione in dubio non præiudicat patronis ita no. glo. in d. c. nobis & in c. cum dilectus, ubi etiã Abb. eo. ti. & But. in c. dilectus de offi lega. & Fely. in tract. quãdo lite. apo. no. patr. col. j. cum se. Ex quibus cõstat quod tam in acquirendo quã in*
6 *utendo † & conseruando eadem est causa & par ratio, siue quis construxerit siue dotauerit ecclesiã seu fundauerit, coadiuua decisionẽ ex eo quòd isti tres modi acquirendi satis uiden-*
7 *tur in iure † æquiparati, utroq; nanq; modo acquiritur æque & potẽs ius & acquisitũ nõ magis cõseruatur uni quã alijs, cùm ad utrũq; uniformiter cõcludãt rationes adductæ, & sic etiã absq; differentia determinationes iuriũ cõueniant, neq; im-*

merito

merito,quoniã fundus,constructio,& dos necessaria sunt; ut inferius dicã,probatur etiã à diffinitione iurispatronatus tradita per Io.An. quã sequitur Abb.super Rubri. de iurepat.q. est ius honorificũ onerosum,& utile alicui cõpetens in ecclesia,pro eo q. diœcesani cõsensu ecclesiã cõstruxit,fundauit,uel dotauit ipse uel is à quo causam habuit,siue accipiamus disiunctiuè, ut in dicta diffinitione, siue copulatiuè, prout diffinit Roch.super trac.de iurepatr.in prin.ibi et dotauit addẽs ipse, uel is à quo causam solus,uel alio cõcurrente,ita q. æquiparatio uidetur facta per uiã regulæ & diffinitionis,ac uniformitatis rationis in omnibus cõcludẽtis ad quærendũ,utendũ, &
8 *conseruandũ, tunc habemus quod quãdo duo † sunt æquiparata de iure antiquo,noua dispositio superueniẽs in uno distẽditur ad alterũ,sicut hic præseruatio in duobus ad tertium & nõ sumus nos qui extẽdimus,sed iura antiqua dicit Bar. in l.si cõstante in prim.in vij.q.primæ partis principalis col.v.ff.sol. ma.& hoc est quod Bar.& Alex.not.de æquiparatis regulariter in l.ij.ff.de lega. j.ubi ponitur regula, ut etiã in statutis quæ postea fiũt in uno casu ex æquiparatis per uiã regulæ,& strictè intelligũtur l.ij.§.hæc uerba.ff.de neg.ge.& c.in nostra de iniur.,pcedat ut fiat extẽsio statuti ad casum omissũ & idẽ firmat Abb.in pœnalibus quæ benignã interpretationẽ merentur l.cũ quidã de lib.& posth.l.interpretatione. ff.de pœ. regula odia de reg. iur. in vj. ut pœna adiecta uno ex duobus æqparatis à iure uideatur adiecta in alio in c.ij.col.iij.de mut. peti.fortificãs hoc multipliciter & in c.de multa col.v.de præ ben.pro quo tex.cum glo.in c.si postquam de elec.in vj. quod similiter procedit in iudicijs inquit Bart.in d. vij. q. quia l. si quis seruo.C.de furt. loquens in seruo in casu speciali & oneroso extenditur ad filium per l. ut tantum. §. j. ff. de ser.cor.*

de quo est gl. notabilis in l. quod uerò. ff. de legi. & in l. si quis
9 *in fi. præterea lex recipit † extensiuã interpretationẽ ex similitudine rationis, & ex cõnexitate negocij, etiã si constitutio sit pœnalis tex. est in l. j. ff. ad tertulli. & bona glo. pen. in c. j. de postu. præla. in vj. ita no. Abb. in c. translato de cõsti. in casu autẽ de quo agitur sumus in similibus & connexis, ex quo*
10 *tria copulatiuè sunt necessaria, ut ius † patronatus acquiratur seu ad esse deducatur, scilicet fundus, constructio, & dos nec unum sine duobus, nec duo sine tertio sufficiunt, ut eleganter & latè tradit* Roch. *in d. tract. q. j. super diffinitione, & in uerbo ecclesiã fundauit. q. ij. ac in uerbo cõstruxit. q. iij. & in uerbo dotauit. q. j. ubi materiã declarat etiã circa diffinitionẽ, statutũ etiã passiuè extenditur secundum* Bar. *in repetitione l. omnes populi in iiij. q. sextæ quæstionis principalis colũ. xix. cum sim. ff. de iusti. & iur. hinc est quod priores leges trahuntur ad posteriores & ecõuerso l. non est nouũ cum dua. se. ff. de legi. itẽ facit tex. in l. j. §. lex falcidia. ff. ad le. falci. ubi in uoluntate defuncti cõseruata in iure speciali locũ habent omnes leges testamentariæ, & ad hoc ponderat istum tex.* Bar. *in repetitione l. re cõiuncti col. xiij. ff de lega. iij. ita & hic locum habeãt iura, quæ ex gratia tollerantia seu priuilegio de acquisitione, & conseruatione iurispatronatus disponunt accedit quòd testator præsumitur se cõformare cum dispositione statutaria ciuitatis l. hæredes mei. §. cum ita ibi* Bar. *ff. ad trebel. fortius præseruatio cũ dispositione iuris, quod in tribus casibus prædictis ius patronatus cõcedit & sustinet semper, & dato q. in derogatione cum exceptione, seu in præseruatione*
11 *esset dictio tantũ † uel alia exclusiua, omnino fieret extẽtio ad tertium casum omissum habentẽ similem rationem, quãdo sumus in dispositione quæ permittit aliquid fauorabile & pium.*

nam

nam tunc dictio taxatiua seu exclusiua solùm excludit casus dißimilem rationem habentes, doctrina est notabilis Bar. in d. l. si cōstante in ix. q. primæ partis principalis col. vij. quæ probatur in l. illud iux. glo. in uerbo causa de sacrosanctæ eccle. & est etiam optima litera cum glo. in l. ob es. C. de prædi. mi. materia autē decisionis est eiusmodi generis, ut præseruetur præsentatio, & non perdatur ius patronatus, & hoc nequis retrahatur à dotando, & benefaciendo ecclesijs, quod est piū & fauorabile, ut patet ex primis motiuis & probatur in l. sunt personæ. ff. de reli. & sumpti. fu. in c. fi. de postu. in c. si qs presbyterorū de re. eccle. nō alie. in c. fi. de test. & sunt infinita iura fauore ecclesiarum. aduerte tamen quod noto fuisse decisum in causa Taurinē. cappellaniæ, quia si quis uideret ibi originalem constitutionem Innocentij viij. in qua reuocabat omnes cōceßiones iuris patronatus, inueniret quod à reuocatione præseruantur omnes tres casus, uerùm putabatur quod nō reseruarentur, nisi duo, uel quia unum modum omiserat notarius in copia quæ dabatur, ideo incidit hæc dubitatio & decisio quæ seruiat tibi in omni casu cuiuscunq; dispositionis, in qua fundamentum aliquod de præmißis militet.

VII. Decis. SVMMARIVM.

Impetrans beneficiū quod asserit esse de iure patronatus laycorū tenetur pro validitate gratiæ probare, quod sit ex præscriptione seu cōsuetudine: secus si per verba vt asseritur, vel æquipollētia, aut si asserat esse laycorū vel clericorum alternatiue, quia tūc dicenti esse laycorum intēdit hoc probare, & quod sit ex constructione, fundatione, seu dotatione ad nullitatem gratiæ.

EPITOME.

1 Beneficium impetrans per verbum afferens, vel vt afferitur de iure patronatus laycorum existere, quid probare tenetur, & cui onus probandi incumbat? & nu. 3.

2 Prouisio beneficij de iurepatronatu laycorum ex fundatione, dotatione, vel constructione existentis quando valeat?

4 Iuspatronatus vendicare volens, præsentationes plurimas, & cursum temporis allegare debet.

5 Iurispatronatus laycorum ex consuetudine, vel præscriptione in expectatiuis vel alijs literis Papæ, an mentio sit necessaria?

6 Distinctio inter verbũ vt afferis, à verbis vt afferitur, vide remissiuè.

7 Beneficiũ si liberũ nascitur, nunquã recipit seruitutem, secus econtra.

8 Beneficia licet pro maiori parte sint libera, non tamen sine fundamẽto daretur existentia, quòd omnia essent patronata.

9 Beneficiũ impetrans afferens de iurepatronatus laycorũ vel clericorum existere, probandi onus, ꝙ laycorum existit, sibi non incũbit.

DECISIO VII.

HActenus obseruatũ est, ut audio ab antiquis patribus, & meo tempore in palatio, quòd si in interpretatione
1 beneficij † dicitur tale beneficiũ quòd ut afferis, de iurepatronatus laycorũ existit, impetrãti incũbat onus ꝓbandi, ꝙ sit ex præscriptione uel consuetudine, & sic excludat quod non ex
2 fundatione uel dotatione, aut cõstructione, aliâs ꝓuisio † sine derogatione, & absq; patronorũ cõsensu est nulla c. decerni-
3 mus xvj. q. vij. secus si dicatur quod beneficiũ ut afferitur † de iurepatronatus laycorum existit, uel per alia uerba. tunc enim afferenti patronatũ laycalẽ etiã possessori beneficij ad exclusionẽ prouisionis, & sic impugnãti eã incũbit probare quòd sit laycorũ, & ex cõstructione, fundatione, aut dotatione, cũ in hoc isti tres casus æquiparẽtur, ut no. gl. in c. piæ mẽtis ea. q. Inno. & Abb. super rubrica de iurepatrona. ratio nullitatis est, ne layci à cõstructione, fundatione, uel dotatione retrahãtur secundũ glo. in c. nobis in c. dilectus uel etiã Abb. eo. tit. & But. in c. dilectus de offi. lega. propter quã rationem Papa in dubio non uidetur uelle præiudicare iuripatronatus laycorũ,

nec

nec uti potestate quam habet in derogando etiã si prouideat motu proprio, secundum Rotã decisio.lxx.in antiq.de rescip. ita quod concluditur inualiditas, quæ ut inquit Fely.in tracta. quan. lite.apo.no.patro.col.j.reperitur iure scripta, sed eam sumpserunt scribentes ex ratione d.c.cum dilectus ac iurium similium, & ipsam fortificat Fely.per multa similia & bonas rationes, quæ satis mentẽ iuris aperiũt l.scire oportet.§.sufficit.ff.de excu.tuto.But.uerò in d.cap.dilectus allegat ad hoc tex.in cle.p literas de præbẽ.quæ re uera in materia loquitur, licet in simili beneficiat.prædicta autẽ ratio cessat, qñ est ex cõsuetudine, uel præscriptione dicit But.in d.c.dilectus & ibi Car.etiã & Fed.de Se.cõsi.lxiij.aliàs.lxiiij.incipiẽte infrascriptæ quæstiones & alij quos refert & sequitur Fely.in d.trac. in xj.limitatione firmãtes eo casu posse legatũ de latere cõferre, quãuis contrariũ sentiat Imo.in d.c.dilectus in fi.quasi etiã his casibus possent retrahi layci à benefaciẽdo ecclesijs, cuius opinio est contra cõmunem, & consideratio falsa secundum Alex. consil.lxxiiij.col.ult.uol.iiij.dicẽtem quod layci non retrahuntur à fundatione ecclesiarum, quãdo nihil de suo proprio posuissent ad tale ius quærendũ, imo potius est præsumẽdum, ut non multum curarent de præscriptione quærenda uidentes parum eis prodesse, licet pro ueritate prosit, saltẽ contra collationes ordinariorum contra quos est præscriptũ, ut tenet But.Card.& Imo.in d.c.dilectus & Alexan.in c.hortamur.lxxj.di.in fi.sed nihil contra Papam aut legatos de latere ex quibus patet, q, opinio Imo.quã Deci.sequitur cõsi.cxxvj. non subsistit, nisi forsitan in uno casu ad quẽ Deci.uidetur se restringere & ipsum tentat Fely.sub dubio forte in d.xj.limitatione pro quo facit quod Ioã.An.adducit in regula q, alicui de regu.iur.in mercu.col.ult.& Abb.in c.querelam colũ.iiij.

de elect.ac idem Fely.*qui uideatur in c.causam quæ col.iiij.de præscrip.& Alexã.in d.c.hortamur lxxj.di.col.ult.dum dicit*
4 *utile esse uendicãti* † *ius patronatus,quod ad illud præsumendum alleget præsentationes plurimas & cursum tẽporis, & si in eo casu posset defendi opinio* Imo.*nõ tñ simpliciter uerũ esset de iure ex cõmuni sentẽtia,quod* Deci.*ait in allegato cõs. ac* Felyn.*in d.xj.limitatione iuxta sensum modernorum tunc* Rom.*curiæ refert ut in curia* Romañ. *præualeat,q. nõ differat patronatus ex fundatione à patronatu ex præscriptione, quinimo hoc tẽpore iudicatũ est,quod de iurepatronatus lay-*
5 *corũ ratione ecclesiæ,nõ autẽ patrimonij.* Itẽ *laycorum* † *ex cõsuetudine,uel præscriptione in literis collationũ* Papæ *seu expectatiuis nõ sit necessaria mentio,prout in decisione quæ incipit,memini sub ti.de iurepatro.aliâs de proba.dixi quã uideas quia cõfert ad istã,& cõsideratio* Alex.*in d.cõsi.lxiiij.ut layci nõ retrahãtur ex quo nihil ponũt de suo proprio quam etiã* Car.Alexãdri.*ponit in c.hortamur.lxxj.d.facit ad id q. in d.decis.tetigi qd si patronatus cõpeteret ex priuilegio, & pro decisione ista & alijs adductis est uulgatũ cõsi.*Car.Zab.
6 lxix.*uim faciens,& distinguẽs* † *uerba ut asseris,à uerbis ut asseritur.in primo nãq; casu asserẽs patronatũ laycorũ habet contra se,quòd sint ex cõstructione,fundatione,seu dotatione, ex eo quòd beneficia non nascũtur,sed fiunt.unde in dubio cõstructa,fundata,aut dotata per patronos uidentur ad hoc tex. in d.c.querelam & ibi* Abb.*col.iij.ponderãs ipsum & idem* Abb.*cõsi.lxxvj.&* cvj.*uol.ij.quo stante asserens tenetur probare esse aliter patronatũ beneficiũ,quã ex cõstrũctione,fundatione,seu dotatione cũ modis præmißis,uel uno ex eis extitere asseruerit, & huiusmodi expreßio sit pars gratiæ,ex quo uerba ut asseris,referũtur ad impetrãtẽ,& sic causa intentionis*

tẽtionis suæ ad regulã l.ij.ff.de proba.& not.Ioã. And.in c.j. de lit.cõte.in vj.quã sequitur Abb.in c.fi.col.ij.de præsumpt. & ad collecta per Fely.in c.ad aures in iij.cõclusione & col. de rescrip.& omisso an beneficiũ magis præsumatur à natiuitate liberũ,quã seruũ de quo Roch.in tract.de iurepatro.in uerbo cõstruxit in .q.xx.ubi pro & cõtra qui uideatur,& eo quod not.Bal.in c.significauit de test. & si tempore ædifica-
7 tionis † nascitur liberũ,nunquã postea recipit seruitutẽ, licet secus ecõtra,dato tamẽ patronatu.semper mihi placuit hæc pars ut in dubio potius præsumatur q̃ sit uno de tribus modis prædictis,uel duobus aut omnibus,q̃ ex præscriptione uel cõsuetudine.quoniã cõcurrit præsumptio q̃ beneficia nõ nascũtur.Itẽ tollitur coniectura libertatis de præsenti,& etiam ab origine,cũ ex præsenti statu patronatus præsumatur in præteritũ l.circa de probati.l.liberis.§ fi.ff.de libe.cau. Egi.decis. cccccxcj.& l.ex persona.C.de proba.iux.glo.& ibi Bal.magistraliter regulã istã declarat,firmãs eã procedere in materia cõtingenti,qualis est ista,qñ præsens status seruitutis potest cõcurrere cũ naturali ueritate antecedẽtis,ut si præsumamus cõstructionẽ seu dotationẽ ab exordio,& cõsequẽter seruitutẽ,sicut præsumere debemus per text.in d.c.significauit à cõtrario sensu prout Rota intelligit etiã in decis.iij.in antiq. de iurepatro.sicut & in iuribus allegatis præsumitur de libertate & nõ facultatibus,& sicut aliàs ex præteritis circa futura c.mãdata de præsumpti.uel saltẽ onus probandi libertatem trãsfertur in asserentẽ propter dictas cõiecturas seruitutem arguẽtes l.siue poßidetis & ibi gl.C.de proba.& c.unico ubi etiã gl.allegãs cõcor.in uerbo ꝓbãte ut eccle.bñfi.si.di.confe.
8 & Rot.decis.xv.& fi.de iudi.in no.Aduerte † tamẽ q̃a attẽto fundamẽto,quod beneficia fiunt,nõ aũt nascuntur.item quod

dotan-

dotãtur, quodq; sine fundamẽto nõ daretur existẽtia omnia beneficia mundi essent patronata, & uidemus quod pro maiori parte sunt libera. ideo dixi supra supposito ꝙ reperiatur ius patronatus, ut tũc motiua quæ adduxi militẽt. Secũdo uerò casu qñ p uerba ut asseritur, uel p alia uerba nõ assertiua dicitur de patronatu laycorũ, impetrãs nihil affirmat ꝙ sit laycorũ, nimirũ si possessor bñficij, uel alius asserẽs esse tale in hoc dicitur actor, & tenetur ꝓbare quod asserit, ut est dictũ p iura & regulas allegatas, & bene seruiũt motiua Car. in d. consil. lxix. & pro hoc Rota optime decis. lix. in antiq. de rescrip. dicẽs quod uerba ut asseritur, in gratia circa expreßionem ualoris posita, sunt generalia & impersonalia, & ideo nõ astringunt partẽ, nec uidẽtur prolata per impetrantẽ, secus in uerbis ut asseris, quæ ad partẽ referũtur & alia lxxvj. co. ti. quod supplicatio signata p Papã p uerba ut asserit, est surreptitia, nisi ita sit, secus si p uerba ut asseritur. Tertio casu qñ dicitur
9 ꝙ beneficiũ † ut asseris, de iurepatronatus laycorũ uel clericorũ existit, tũc etiã probãdi onus ꝙ esset laycorũ incũberet impugnãti literas prouisionis, ex quo impetrãs nõ fundat se, nec firmat pedẽ quod sit laycorum, cum loquatur alternatiuè uel clericorum, in quo loquendi genere sufficit alteram partẽ esse uerã l. si quis ita stipulatus fuerit. ff. de uerbo. oblig. & regula in alternatiuis de reg. iur. in vj. & si esset clericorũ solet derogari ex stilo, quinimo quando esset laycorũ & clericorum si-
10 mul, quia dicitur in derogatione, si laycorũ tãtũ, † & ex fundatione, uel dotatione pro medietate, aliàs in totũ quo ultimo casu, nisi derogaretur, præponderat qualitas laycalis in mixtura annullãs prouisionẽ ut plene per Fely. in d. tract. quan. lite. apo. in vj. ampliatione col. v. sed in primo nõ est necessaria mẽtio nec derogatio, unde omißio non uitiat, prout est cõmu-

nis

nis usus, & firmat Fely. post Rot. in d. trac. iij. limitatione col. vij. & annotaui in allegata decisione incipiente, memini, & ita in una causa corã do. Martino de Spinosa, in qua erat clausula alternatiua, fuit conclusum de anno 1523. de mense Iunij quod tene menti ad limitationem seu declarationẽ præfati cõsilij Card. lxix. uel quia est tertius casus ibi non expressus, & sæpe contingens ac utilis merito notandus, inquit text. in l. legaui. in prin. de libe. lega. & non aspernendus ait in his terminis Bar. in l. meuius. §. duorum in fi. ff. de lega. ij.

De Sponsali & matrimonio.

Vnicæ Decis. SVMMARIVM.

Vtrum matrimonium putatiuũ ita legitimat prolem, sicut verum?

EPITOME.

1 Matrimonium putatiuum data ignorantia in altero ex cõtrahẽtibus, an legitimet prolem sicut verum? & nume. 4.
2 Defectus in matrimonio putatiuo non reijcit filios nec efficit non legitimos, sicut nec impedit legitimationem ex concubinatu.
3 Filius ex ancilla genitus, qñ dicatur legitimus aut legitimetur?
5 Filij nati ex matrimonio illicito, quando vterq; vel alter ignorauit impedimentum, sunt legitimi.
6 Filij nati an per subsequens matrimonium legitimentur, quando vnus ex contrahentibus sit nobilis, alter vero vilissimæ conditionis?
7 Matrimonium cum quacunq; etiam publica meretrice, sine distinctione personarum contrahi potest.
8 Opinio singularis existens pro matrimonio & legitimatione, an sit sequenda etiam contra communem?

DECISIO VNICA.

VTRVM *putatiuum matrimonium † data ignorantia in altero ex cõtrahentibus legitimet prolem, sicut uerum in una Cathanien. legitimationis inter filios don Bartholomæi de Iuuenio*

ex una,& don Peruchium & consortes de Iuuenio uenie͂tes iure consanguinitatis ad castra dicti Bartholomæi ex alia,& asserentes filios illegitimos,quia natos ex Antonella coniuncta Garitæ infra quartu͂ co͂sanguinitatis gradu͂,qua͂ Garitam Bartholo.proponebatur cognouisse carnaliter,non obstante q Antonella postea co͂traxerat publice͂ in facie͂ ecclesiæ,cora͂ do.Mercurio de Vipera 1521.de mense Maij fuit dubitatum, & quidam ex dn͂is tenebant negatiua͂ pro qua text.in c.tanta qui fil.sint legi simpliciter loque͂s l.j.§.generaliter.ff.de lega, præsta͂.& glo.ibi in hoc residet secundum Abb.qui sequitur ista͂ parte͂ ea ratione,quia in dantibus opera͂ rei illicitæ extra matrimoniu͂ ignora͂tia no͂ excusat,cu͂ magis debeant imputari omnia c.tua de homici.c.non e͂st sine culpa de regu.iur.in vj. But.c.j.pe.col.de offi.deleg.ad ide͂ Bar.l.si adulteriu͂.iij. colu͂. ff.de adulte.q quando coitus fit sine colore matrimonij ponitur indistincte͂ atte͂ta ueritate non eo q putabatur,ideo si erat co͂sanguinea punietur de incestu,si nupta de adulterio,ex quo ab initio dabat opera͂ rei illicitæ,et erat in dolo arg.l.uulgaris de furt.& l.eum qui.§.si iniuria.ff.de iniur.Egi.Bellamer. in d.c.tanta tenet idem dicens q uerba,sed primum uerius.non sunt Ber.glosatoris reperitur ac Iaco.de Ciconia qui fuit episcopus Illarden.& scripsit super.iiij.Decreta.de quo meminit Hieronymus Paulus Barchinone͂.in tract.qui intitulatur practica cancellariæ fol.liiij.super illo passu.Quod Papa nequeat legitimare filium Regis non recognoscentis superiore͂ tenere,ide͂ ibi & Ioa͂.And.etia͂ secu͂du͂ Abb.quasi senserit q si ignora͂ter co͂traxerit cum co͂iugato filij inde geniti sint legitimi c.ex tenore eo.tit.secus ubi interuenit contractus matrimonij But.etia͂ uidetur dixisse ide͂ ibi,unde puto q qua͂tum ad legitimitate͂ prolis illa no͂ legitimaretur inspecta potius ueritate,

tate, & quia mater non fuisset sine culpa dando operã rei illicitæ ar. c. fraternitatis de frig. et malefi. uidetur etiã Hen. Boic. hoc sentire in d. c. ex tenore ij. col. ibi forte cõtrariũ & uerum. Sed maior pars cõclusit pro affirmatiua, & in istã in uia decisiua inclinaui, pro qua glo. d. c. tanta ibi, sed primũ uerius est quæ uerba si Abb. non habuit in suo codice alij habuerunt & habẽt. Itẽ tex. in c. qd' nobis eo. ti. ubi clare istud firmat Alex.
2 *dicens prædictã glo. esse notabilẽ., quoniã defectus † in matrimonio putatiuo non reijcit filios, nec efficit non legitimos, sicut nec in cõcubinatu impedit legitimationẽ, & est notabilis determinatio (inquit) per quã extendimus c. tãta. c. nostrũ, & c. ex tenore etiã ubi esset defectus in cõcubinatu, sentiẽs ita tenere But. qui in d. c. tanta apertè hoc sentit uer. quidã sunt legitimi, dum æquiparat putatiuum uero matrimonio, & in d. c. quòd nobis inserẽs per ipsum extendi. c. tanta ut quod in eo operatur uerũ matrimoniũ subsequẽs operetur opinatũ, & hoc ait tenet ibi glo. Clarũ est ergo But. tenuisse affirmatiuam & taliter intellexisse gl. quicquid implicitè & obscurè dixerit in uer. unde puto cui dicto tanquã primo, esto quod esset clarũ non staretur, quim Imo. secũdo & ut ad glo. l. qui flur. §. Sabinus. ff. ad trebell. & Abb. c. de quarta. iij. cõl. de præscrip. præcipuè firmato & geminato l. balista, cũ ibi no. ad trebel. est etiã de hoc glo. in c. non omnis xxxij. q. ij. cui respondebatur quod iuxta quotã allegatã c. abijcientur poßibile esset matrimoniũ cum ancillis. Item quòd procederet, quando cũ ancilla, ex qua Iacob. sine matrimonio filium habuisset, postea matrimonium ualidè contraxisset. Tertiò quia dicebatur, quòd tunc legiti-*
3 *mus uidebatur † filius ex ancilla de uoluntate uxoris conceptus lvj. dist. Ismael. cũ ibi no. glo. tamẽ quicquid sit uoluit sufficere, quòd ita reputabatur, & ita intelligũt eam doc. ut infra*

& an filij ancillæ legitimentur per subsequens matrimonium uideatur Alex.in d.c.tanta xj.q.pe.char.Io.An.nõ obstañ.intelligentia Abb.sequitur glo.ibi,sed primũ uerius intelligẽdo eam,quãdo cum secundo ignorante matrimoniũ contraxerat, idem quãdo is cum quo contraxit ignorat impedimentũ,cùm
4 sufficiat alterius † ignorantia etiã in putatiuo ad materiã tex. & glo.non quod restringat,quãdo extra matrimoniũ fuisset quis cõceptus & natus,quod non sufficeret putatiuè contrahere altero ignorante, quia esset extra terminos prædictos Anto. & Rosel. in tract.de legitimati.viij.char.ibi uisum est dicit ꝙ licet determinatio ista sit fortis, ut extendatur d. c. ex tenore,etiã ubi adiungitur defectus in concubinatu, prout est glo.in d.c. non omnis,stat tamẽ in ea propter auctoritatẽ glo. & Butr.& Lud.de Sardis in co.tracta. & char.ibi nunc est breuiter pertractandũ,istud tamen intrepidè pro quo facit ꝙ Ioan. Lupi.de Hispania in tracta. de matri. & legitimati.vij. char.ibi præterea ,ut ait Innoc.Gemi.consi.lxvj.iij. col.'affirmat hoc tenere glo.in d.c.non omnis Io.And. & But.& ipse sequitur respõdẽs ad generalitatẽ d.c.tanta, quod distinguitur per alia iura,ut suprà facit,quod tradit Host.in c. j.'de eo. qui
5 dux.in ma.quã poll.per adult.ꝙ proles suscepta † de nõ legitimo,imo de nullo matrimonio censetur legitima,& præfertur opinio ueritati non obstañ.d.c.tanta,cum intelligatur quando mala fides fuit in utraq; put ibi etiã dicit in fi.pe.col.& quod Bal.in l.qui contra.C.de incest.nup.& Iasin l. fi.ult. col. ff.de condi.si caus.quod filij nati ex matrimonio illicito sunt legitimi,quando uterq; uel alter ignorauit impedimentum, clarius hoc tenet Bar.in l.eum qui.ff.de sta.ho.Et quando superuenit dispensatio dummodo detur ignorantia, quoniam error habetur pro titulo l.celsus.ff.de usucap.& quando unus tantum

ignora

ignorabat remittit ad c.ij.qui fil.sint legitimi Heur. Boich.in d.c.ex tenore loquitur de matrimonio cõtracto in casu licito, & si argueretur à fortiori, refert contrariũ tenuisse Ber. & Hosti.in d.c.tanta, & quãdo in casu prohibito uult alterius ignorantia præstare excusationẽ, & Iaco. de Ciconia ubi supra tenens negatiuã asserit Host.& Ala.tenere affirmatiuam nõ obst.quod Ang.in auct.qui.mo.natu.effi.legitimi.§.sed &
6 aliud col.vij.dicit nõ legitimari natos † per sequẽs matrimonium, si mulier nõ erat matrimonio digna, quia meretrix aut uilissimæ cõditionis, pater uerò nobilis & diues prout hæc in don Bartholomæo & Antonella concurrisse prætendebatur, & subijcit ita uidisse de facto seruari & cõsuluerũt Bar.Frã. de Pisis Ang.de Amelia. & Hugo. Pelloti.& plures alij tenuerũt quos refert Ias.in l.neq; professio.C.de testa.quia hoc iure canonũ non recipit, nec talis matrimonij prohibitio repe ritur, ergo permittitur c.cũ apud de spon.& matr.ius autẽ ca nonicũ in istis attenditur non ciuile abrogatũ, ut prosequitur Alex.in d.c.tanta in x.q.qui in xj.dicit ꝙ licet cũ ancillis matrimoniũ esse non possit, si tamen ex ancilla quis suscipit filios secuto matrimonio legitimãtur, quia iure canonico tale matrimoniũ procedit in vj.q.expresse tenet cõtra Ang.et sequa-
7 ces ut legitimetur proles habita ex quacunq; meretrice † certa & quocũq; coitu, qui poterit esse uxorius nõ distincto, an sit fornicarius, uel aliter libidinosus & dãnatus, pro quo c.inter opera charitatis de sponsa. & matr.ubi sine distinctione personarũ permittitur cũ publica meretrice matrimoniũ, & est charitatis immensæ & quãuis ex præmissis Ber.Io.An.& But.pro utraq; parte adducantur nihilominus cõmuniter est pars affirmatiua, aut saltẽ dubia ex uarietate doctorũ, quæ facit ambiguũ in iure ait Bart.in l.qui Romæ.§.duo fratres. iij.

col .ff.de uerb. obli. Abb.in c.j.de re iudi.& col.iij.facit c.pastoralis de rescriptis in v. lectu. de qua ibi Abb. quod licet ius certũ, quatenus tamen applicatur ad intellectũ humanũ, potest esse dubium, & tunc pro matrimonio & legitimatione
8 c.si.de re iudi.maximè si uera est not.Hosti.in c.si uir de cogn. spiri.quod etiã contra cõmunẽ sit sequenda singularis † opinio unius aut maioris partis, sentiẽs pro matrimonio quod est periculosum extra istum casum, in quo maioritas aut ad minus paritas stat pro matrimonio, & idem si esset modica disparitas.prout in alia decisione incipiẽte, contractus meo tẽpore, dico quod opinio glo.singularis in iudicijs non seruatur, quicquid in oppositum sentiant scribentes in j.c.de constit. in quadã additione & Abb.facit etiã quia benigna, pia, sancta, & fauorabilis est pro affirmatiua interpretatio regula odia, de regu.iur.in vj.Nam dispositio d.c.tanta est, consiliũ iurium omnẽ extensionẽ in omni casu desiderat, nõ minus quàm causa dotis l.j. in prin.ff.sol.mat.ostenditur in illa uerborũ substantia tanta est uis matrimonij, ex qua deprehenditur potentia, uirtus, & charitas, inquit Alex.ibi x.q.quæ charitas ampliãda est, quia secundũ Apostolũ superat spem & fidem. & secundũ eam unusquisq; sibi ius ita dictũ desideraret, igitur alijs dicat.ff.quod quisq; iur.in rubro & nigro & c.cum omnes de cõsti.ex quo enim nunquã excidit crementũ, exposcit quod in hoc & in alio seculo recipit c.charitas el.j.ij. & iij. cũ ibi no.& per totũ de pœnit. distin.ij. Nec ob.c.cum inhibitio de cland.de spon.ubi non prodest ignorãtia in coitu in figura matrimonij clandestini.ergo minus debet proficere sine matrimonio, cùm minoris sit culpæ in tali matrimonio q̃ sine aliquo, quia pcederet, nisi postea publicè in faciẽ ecclesiæ cõtraheretur, sicut erat in pposito factũ, quo casu purgatur uitiũ clandesti

destinitatis, quãuis detegatur impedimẽtũ propter bonã fidẽ unius, ut legitima sit proles d.c. ij. & d.c. ꝗ nobis qui fil. sint legitimi & ita cõmuniter tenẽt doc. inquiũt Ant. de Rosel. et Lud. de Sard. in locis prædictis, licet idẽ Lud. cõtrariũ sentiat.

De Simonia.

Primæ Decis. SVMMARIVM.

Simoniacus simonia reali non agit spolio, nec euitat sequestũ etiã si triennio pacifice posséderit iuxta cle. vnicã de seques. pos. & fru. Sed vide distinctionẽ in locis remissis, an simonia cõmittatur per te, vel per aliũ te ignorante quo ad nõ acquirendũ ti. primo casu, secundo vero sic & per quæ verba inducatur canon latæ sententiæ, per quæ vero ferendæ & extrauagans Pauli cũ detestabile excõmunicat ipso iure simoniacos.

EPITOME.

1 Simoniacus reali simonia in spolio non auditur.
2 Simoniacus est excommunicatus ipso iure per extrauagantẽ Pauli. ij.
3 Excommunicationis maioris exceptio, repellit agentem interdicto recuperandæ.
4 Verba præsentis & præteriti temporis, licet regulariter pœnam ipso iure infligant, coniuncta tamen cum verba ipso iure, vel eo ipso inducunt canonem latæ sententiæ.
5 Verba futuri temporis, quando inducant canonem latæ sententiæ?
6 Simoniacus triennalis non euitat sequestum iuxta formam cle. ad compescendas.
7 Simoniacus dicitur intrusus, & ambo fures existunt.

DECISIO PRIMA.

1 QVOD *simoniacus † reali simonia non audiatur in possessorio fuit conclusum in causa Taurineñ. Abbatissatus corã me 1514. contra Dorothæã de Bagnonibus, quæ ut spoliata ab An-*

 drie

drietã petebat restitui, quia fuit probatũ quod ut eligeretur dederat uni uestẽ, alteri pecuniã, & ita Andrietã absolui, pro
2 cõclusiõe facit, † quia talis simoniacus est excõmunicatus ipso iure, per extrauagantẽ Pauli secundi cũ detestabile in ti. de simo. unde agere non potest c. intelleximus de iudi. c. cũ inter c. exceptionẽ de excep. facit c. primũ de rescrip. & c. primũ de excep. in vj. & in casu isto est tex. iuxta. glo. c. ex insinuatione de procu. & Abb. col. ij. & ibidẽ Io. An. colligit quod exce-
3 ptio excõmunicationis † repellit agentẽ interdicto. nam excõmunicatus non petit restitutionẽ, cum ei nihil solui debeat, ex quo semper ob. excõmunicationis exceptio secundũ Inn. dicit Io. An. c. cum nostris de cõcess. præbẽ. & Fely. in c. dilectus j. de rescrip. col. pe. quod intellige de maiori excõmunicatione, non de minori, quia nõ repellit secundũ Arch. & Vin. quos refert trãseundo Alex. xxiij. di. c. in nomine domini col. ult. & quod non restituatur excõmunicatus, dicit etiã glo. in c. dilectus de rescrip. & uideatur etiã glo. in materia in d. c. in nomine domini, quod extrauagãs excõmunicet ipso iure patet, ibi sentẽtiam excõmunicationis incurrãt, quia quãuis per uerba præ-
4 teriti † & præsentis tẽporis, regulariter pœna ipso iure infligatur l. in criminali iuxta. gl. C. de iur. om. iud. c. cupientes. §. cæterũ in uerbo suspensos de elec. c. quęcũq;. §. j. in uerbo innodetur in si. de hære. in vj. Bar. l. meuius. §. duorũ pe. col. ff. de leg. ij. Abb. post compo. c. cæterũ j. colũ. de rescrip. & magistraliter in materia c. si diligenti de fo. compe. vj. colũ. non per uerba futuri, nec uerbũ incurrãt, sicut nec per uerbũ perdant ait glo. d. c. si diligenti & d. l. in criminali ibi limitetur nõ ipso iure & no. in c. in pœnis de reg. iur. in vj. nam & uerba habeantur pro conuictis, non iure ipso, sed per sententiam intelliguntur l. eius qui delatorẽ. ff. de iur. fisci. & ibi Bar. idẽ in uer-

bis

bis sub interminatione aut pœna excõmunicationis, ut cõminatoria tantùm sint nõ sentẽtiæ latæ in cõtrafacientes inducẽtia gl.c.sicut el. ij. de simo.quæ cõiter tenetur inquit Abb.c.j.ij.col.loca.idem in uerbis arceatur c.cũ infirmitas ubi gl.& Abb.de pœni.& remiss.nihilominus cõiuncta cum uerbis ipso facto præcedẽtibus,quæ uidẽtur in d.extrauagãti repetita in-
5 specta materia & cõtẽptu inducũt † canonẽ latæ nõ ferendæ c.nullus religiosus ibi irritũ habeatur de elec.in vj.gl. in d.c. in pœnis ibi ipso iure.& d.c.quicũq; ibi eo ipso q cõmuniter tenetur secũdũ Abb.c.ij.in fi.de fo.cõpe.& Ias.l.ij..iiij.col.C. de iur.emphi.quãdo cum uerbo futuri tẽporis est dictio præcisa omnino aut similis.item quia nõ ad iudicẽ & actũ iudicialiter expediendũ,sed ad partẽ & actum extraiudicialem referuntur,eo ipso sententiã excõmunicationis inferunt, quoniam lex respicit solũ hominis factum c.si quis suadente.xvij.q.iiij. Bal.in d.l.ij.ubi Ias.post Saly.iij. col.uerba autẽ sicut excõmunicatus ab omnibus euitetur,an inferãt ipso iure sunt opiniones sup quo Abb.in c.fi.ij.notabili ne cle.uel mo.& in ma. ultra prædicta & in locis adductis plene per Fely.c.Radulphus in v.char.uer.ult.usq; ibi declaratoria de rescrip. & ita etiam extrauagãs tẽpore meo fuit interpretata quoad sententiã priuationis ipso facto, prout super eius intelligentia laboro in alia decisione incipiente,cõstitutionẽ Pauli ubi uideas ad istã cõclusionẽ etiam facit quod in alia fuit dictum coram domino Martino de Spinosa in una Luneñ.Sarzaneñ.& iudicatum incipit item 1 5 1 6 .quod cle.j.de sequestra.poss.& fruct. non
6 iuuaret triennalem possessorem simoniacum † ex eo quod iste casus excipitur in regula,itẽ quia non uidetur coloratus possessor,ꝗ si ita est probat conclusionẽ,quia titulus & possessio colorata ad spolia agendum requiruntur iuxta nota. Innocen.

in c. in literis de resti. spoli. & in additione ad decisionē iij. de rest. spoli. in no. ad hoc facit quod uoluit Car. cōtra Imo. in c.
7 *nisi cū pridē de renun. quod simoniacus † dicatur intrusus, & opinionē Car. sequitur Fely. in c. in nostra de rescri. in ij. cor-re. in materia intrusionis ex qua arguitur ad ti. & possessio-nem non coloratā de qua Abb. post alios in d. c. cum nostris de conces. præben. in fi. & dicit Innoc. in d c. nisi cum pridem in prin. quod simoniacus & intrusus sunt fures. j. q. j. ordinatio-nes, nec habēt titulū, licet sibi uideatur quod nō debent dimit-tere eam possessionem facti quā habent sine licentia & But. etiā uideatur ibi ij. & iij. col. ac Fely. in c. insinuatū circa fi. de simon. & Mil. in uerbo simoniacus distinguentes.*

II. Decis. SVMMARIVM.

Non est simoniacum mandatum ad resignā-dum purè, necnon petendum & obtinendum de beneficijs resignatis prouideri Alfonso, dum-modo non sit clausula, & non aliâs aliter nec alio modo, quod etiam cum dicta clausula & in fauorem certæ personæ admittitur sine vitio si-moniæ, si dicat quod in manibus Papæ.

EPITOME.

1 Mandatum ad resignandum purè, nec non petendum & obtinendum, quòd alteri prouideatur simoniacum non existit.
2 Verba petendum & obtinendum, supplicationem & non necessitatē important.
3 Resignatio in fauorem certæ personæ est simoniaca, licet ex stilo & certa scientia ac tollerantia Papæ vitiū simoniæ purgetur.
4 Papæ scientia & tollerantia in prohibitis ex constitutione canonica, excusat à vitio simoniæ.
5 Papa an possit vendere titulum beneficij sine vitio simoniæ?
6 Clausula non aliâs aliter, nec alio modo in mandato ad resignandum, necessitatem inducit.
7 Resignatio siue mandatum ad resignandum in manibus inferioris à Papa in fauorem certæ personæ & non aliâs, est simoniaca.

Deci

DECISIO II.

PRævaluit sentẽtia hæc in una corã do. Hugone de Spina,
1 quod mãdatũ † non esset simoniacum in qua Ioã. Madrigal constituerat procuratores ad resignandũ certa beneficia in manibus canonici ecclesiæ cathedralis, uel alterius potestatẽ habentis uigore literarũ facultatis purè, liberè, & simpliciter, nec nõ petẽdũ & obtinendũ de beneficijs resignatis ꝓuideri Alfonso, tũ quia dicitur de pura & libera cessione, tum
2 quia uerba † petendũ & obtinendũ, & similia importãt supplicationẽ & non necessitant, quod etiã coram ordinario fieri potest, ex quo non cogitur Alfonso prouidere si noluerit. ꝙ est notandũ pro limitatione seu materia glo. in c. ex parte pri-
3 mæ de offi. dele. quæ uult quod qñ † in fauorem certæ personæ sit simonia, licet in mãdatis ad resignãdũ in manibus in fauorem certæ personæ admittãtur resignationes ex stilo, & certa scientia Papæ, ac tollerantia citra uitium simoniæ & ad hoc uide quæ pono in illa decis. incipiente Car. Cibo cum simus in simonia inducta à iure positiuo, & in simoniacis, quia ꝓhi-
4 bitis hoc est † ex cõstitutione canonica auctoritas & scientia Papæ excusant uitiũ Host. in c. j. de præla. uices suas Io. An. in c. j. de simo. nã Papa nõ ligatur in his, quibus ius positiuũ simoniã inducit, & quæ dicuntur simoniaca, quia ꝓhibita Car. & But. in d. c. j. de simo. cũ potius faciat licitũ quã aliâs esset illicitum glo. in uerbo illicitè in c. cum pridẽ ubi etiã Inno. & alij de pact. tex. glo. & Abb. in c. ad quæstiones de rerũ ꝑmut. & c. ex diligenti uer. uerum de simo. Felyn. in c. de cætero col. fi. de re iudi. & in c. ad audientiã col. ij. iij. de rescrip. ac Deci. consi. cxlj. secus si sint prohibita, quia simoniaca, ut per eosdẽ in dictis locis, & in d. c. ex parte, licet uelit Abb. in repetitione c. extirpãdæ. §. qui uerò, in ult. q. cõtra Car. et alios ꝙ dixe-

5 runt Papam † citra uitium simoniæ posse uendere titulũ beneficij, cum tituli sint de iure positiuo, ꝙ Papa inuoluatur tali crimine, si ipsius beneficij administratio, & executio clauium potestatẽ seu altaris administrationẽ cõcernat, aliâs secus uideantur motiua ibi & rõnes ad utrãq; partem applicabiles, per Ioã. An. in regula, cui licet in mercur. nõ obst. quo ad primũ quod uerba ad petẽdũ & obtinẽdũ sequebãtur immediatè post uerba purè & simpliciter, quasi argueret animum simoniacũ & uolũtatẽ coadiuuantẽ & inseparabilẽ, qa inesse uidebãtur l. lecta uer. dicebã si cer. pet. l. cõtinuus. ff. de uerbo. oblig. quia fuit dictũ, quod non, ideo minus erat pura resignatio & libertas cõferendi, & pro quo fiebat petitio & instan-
6 tia non necessitas, nisi † fuisset clausula & nõ aliâs aliter, nec alio modo uel similis, quo casu mãdatũ esset simoniacũ & cõ-
7 ditionatũ ad resignandũ † in manibus inferioris à Papa, non in manibus Papæ ut est dictũ, habent tamẽ quædã literæ facultates resignãdi & permutãdi hoc quod poßint eas habentes resignare, & petere quod prouideatur nominandis per eos, & quod alijs nequeant beneficia conferri, & in quibuscunq; tenor inspiciendus est c. porro de priuileg. cum simili.

De Vsuris.

Primæ Decis. SVMMARIVM.

Fœneratitius præsumitur contractus ex modicitate pretij & pacto de retrouendendo, licet emptor non sit solitus fœnerari.

EPITOME.

1 Contractus ex modicitate pretij & pacto de retrouendendo fœneratitius, præsumitur absq; eo ꝙ emens sit solitus fœnerari.
2 Extensio in pœnalibus & correctorijs fit ex identitate rationis, quãdo

do imminet animæ periculum.
3 Glosæ opinio, quando sit contra communem sequenda?

DECISIO PRIMA.

